Vurſandus moritur 38
Verſellis Carolus Imperator Humatus char. 39
Vuala fluuius 40
Vilipiacum 40
Verba bis poſita 42
Verdenſis ciuitas 45
Vuormatiæ placitum habitum 47
Vuileneburch caſtrum in Haſſia 50
Vncrani Sclaui 52
Vuilla in lacu maiori ſe abſcondit 55

Z

ZENON Aug. regñ. &c. 5
Zacharias protoſpatarius 11
Zundebodus ſiue Zundebolch 45
Zundibolch moſam tranſijt, & uſque ad Forichmagas uenit 48
Zundibolch rex Marahẽſium Sclauorum, ſeu Morauiæ. 47

FINIS INDICIS.

ERRORVM EMENDATIO.

Folio 2.	Facie 1.	Verſu 2.	lege 40. dies ieiunat.		
Fo. 9.	Fa. 1.	uer. 34.	lege enutriret.		
Fo. 4.	Fa. 1.	uer. 11.	lege Theodora.		
Fo. 4.	Fa. 2.	uer. 34.	lege ſub Conſtantio patre.		
Fo. 15. & 16. in titulo			lege Liber Secundus.		
Fo. 15.	Fa. 2.	uer. 24.	lege Vuolfridus Abbas.		
Fo. 18.	Fa. 2.	uer. 17	lege habitoq; ſanctæ conuerſationis ſuſcepto, in religionis profeſſione &c.		
Fo. 22.	Fa 1.	uer. ult.	lege comparuit.		
Fo. 28.	Fa. 1.	uer. 4.	lege Francorum uires.		
Fo. 11.	Fa. 1.	uer. 32.	lege in Britannia Cunibertus.		
Fo. 14.	Fa. 1.	uer. 25.	lege ſanctorum Martyrum.		
Fo. 17.	Fa. 1.	in margine è regione uerſus. 8. lege Synodus habita			
Fo. 19.	Fa. 2	in margine è regione uerſus 32. lege. Faſtradana uxor (Caroli fi			
Fo. 21.	Fa 1.	uer. 8.	lege Rex Rhenum Colonię tranſijt.		
Fo. 24.	Fa. 2.	uer. 11.	lege Anicepharo Imperatori.		
Fo. 25.	Fa. 2.	in margine	lege Dux Abrotidorum in Vuilzos.		
Fo. 36.	Fa. 1.	uer. 31.	lege Adalgiſus regem deſtitutũ ſuorum uiribus cernens.		
Fo. 36.	Fa. 1.	uer. 22.	lege decreuerat.		
Fo. 57.	Fa. 2.	uer. 37.	lege Franconofurd celebrata.		
Fo. 36.	Fa. 2.	uer. 30.	lege Andagauenſem.		
Fo. 4.	Fa. 1.	uer. 26.	in indice lege Antiſſiodoro ciuitate &c.		
Fo. 7.	Fa. 2.	uer. 2.	in indice lege, Hilpericus. 6		

EXCELLENTISSIMI

INGENII, ET TOTIVS PHILOSOPHIAE STVDIIS MVLTIPLICITER INSIGNITO DOMINOADALBERONI, EPISCOPO TREVERENSI, REGINO QVANVIS OMNIVM CHRISTICOLARVM EXTREMVS, VESTRAE TAMEN SVBLIMITATI IN OMNIBVS DEVOTISSIMVS FIDELIA MANDATORATIONVM OBSEQVIA.

CHRONICA, QVAE DE NOstris,& anteceſſorũ noſtrorũ temporibus literis comprehendi,ueſtræ ſingulari prudentiæ examinanda tranſmiſi,ut ueſtro ꝓſpicaci iudicio, aut appbarentur,aut cõdemnarentur. Ea autẽ in duos libellos diſtinxi, exordiũ capiens à primo incarnationis dominicæ anno et cõſummans cœptũ opus uſq; in præſentẽ annum,qui computatur à præfata incarnatiõe domini noningenteſs. octauus. Indignũ etenim mihi uiſum eſt,ut cũ Hebræorũ, Græcorũ,atq; Romanorum,aliarumq; gentium hiſtoriographi res in diebus ſuis geſtas ſcriptis uſq; ad noſtram notitiam tranſmiſerint, de noſtris, quanquam lõge inferioribus, temporibus ita perpetuũ ſit ſilentium,ut quaſi in diebus noſtris aut hominum actio ceſſauerit, aut fortaſſis nil dignum, quod memoriæ fuerit cõmendandũ, egerint,aut ſi res memoratu dignæ geſtæ ſunt, nullus ad hæc literis mãdanda idoneus inuentus fuerit,notarijs per in curiam otio torpentibus. Hac itaq; de cauſa non paſſus ſum tempora patrum noſtrorũ,& noſtra per oĩa intacta præterire, ſed ex multis pauca notare curaui, etubi ad præſentia tempora uentũ eſt,ſtylo temperaui, propter quorundam offenſam, qui adhuc ſunt ſuperſtites, latius hæc poſteris exequenda relinquens. Accipite ergo hoc paruũ munuſculũ ea benignitate, qua deuotione miſſum eſt à mea paruitate. In calce autem obſecro lectorem, utſi illi hæc noſtra dicta, qualiacũq; ſint, placuerint, & ea ſibi deſcribi uoluerit, hanc præfatiunculã nullatenus omittat, quin eã in prima frõte libelli annotari faciat. Gloriã celſitudinis ueſtræ multorũ utilitatibus, pfuturã ſuperna prouidentia diu incolumẽ cõſeruare dignetur. Finit præfatio.

CHRONICORVM
REGINONIS AD ADALBERONEM, TREVERENSEM EPISCOPVM, LIBER PRIMVS.

ANNO IMPERII CAESARIS OCTAVIANI q̃drageſimo ſecũdo, Ieſus Chriſtus, filius dei, natus eſt. Eadẽ nocte ab angelis euãgelizatur, à paſtoribus uiſitat, octaua die circunciditur, tredecima die, ſtella duce, à Magis adoratur, et myſticis muneribus prędicatur. Quadrageſimo die in templũ cum oblatione à parentibus inducitur, à Symeone ſuſcipitur, ab Anna cognoſcitur, Poſt hæc in Aegyptum deportatur, ubi manet uſq; ad obitum Herodis.

Anno dominicæ incarnationis ſecundo Herodes mittens in Bethleem, & in omnibus finibus eius, pueros innocẽtes iugulare præcepit. Deinde in domeſticos arma cõuertens, multos pemit; dilectã ſibi coniugẽ Mariamnem interfecit, filios, quos ex ea ſuſceperat, Ariſtobulũ, & Alexandrũ in Samaria ſtrangulari iubet, nouiſſime Antipatrem ex Dodyſe natum incentorem, & inſimulatorem, & omnium malorum inſidiatorem percutit. Poſt hæc miſerabili morte perĳt, Anno dominicæ incarnationis ſexto, regni uero ſui XXXVI.

Herodes & cõiugẽ et liberos interfecit.

Herodes perĳt.

Anno dominicæ incarnatio. VII. Archelaus filius Herodis in Iudæa regnat. Dominus Ieſus Chriſtus ex Aegypto reducit̃, & propter metum prædicti regis in Nazareth ciuitatẽ Galilææ diuertit, ibiq; uſq; ad tẽpus baptiſmi perdurauit.

Duodecimo ætatis ſuæ anno dominus Ieſus Chriſtus Hieroſolymam cõſcendit, ibiq; in templo in medio doctorum reſidẽs, à parentibus poſt triduum inuenitur.

Anno dominicæ incarnntionis XV. Archelaus à Iudæis apud Cæſarẽ accuſatus, in Viennam urbem Galliæ exilio relegatur. Regnum Iudæorũ inter quattuor fratres eius Herodem, Antipatrem, Lyſaniam, & Philippum diuiditur. Cæſar Auguſtus poſtquam LVI. annis et VI. menſibus Romanorũ rexit imperium, moritur.

Octauianus Auguſtus moritur.

TIBERIVS.

Anno domi. incarn. XVI. Tiberius regnare cœpit, et regnauit ãnos. XXIII.

Anno dominicæ incarnationis XXVII. Pilatus Iudææ procurator à Tiberio dirigitur.

Anno dominicæ incarnat. XXX. Tiberĳ autem XII. Ioannes circa regionem Iordanis baptiſmum pœnitentię in remiſſionẽ peccatorum prędicat, multosq; baptizat, inter quos ipſũ redemptorẽ mũdi, qui omnium peccata abluit,

abluit, aquis Iordanicis tinxit, poſt baptiſmum dominus in deſertum ſecedit. LX. dies ieiunat, poſt ieiunium temptatore ſuperato, in uirtute ſpiritus Galilæam ingreditur, Apoſtolos uocat, Regnũ dei euãgelizat, multa ſigna & miracula facit.

Anno dominicæ incarna. XXXII. Ioannes Baptiſta, Herodiade inſidiante, iuſſu regis Herodis, ĩ carcere capite trũcatur.

S. Ioannes capite truncatur.

Anno dominicæ incarnatio. XXXIII. Tiberĳ autẽ XVIII. Dominus ſua nos paſſione redemit. XL. die poſt reſurrectionem cœlum aſcendit. L. die Spiritum paracletum miſit. Mathias in loco Iudæ cõſtituitur apoſtolus. Iacobus frater domini Hieroſolymorum Epiſcopus cõſtituitur. VII. Diaconi ordinãtur. Stephanus lapidatur.

Chriſtus paſſus eſt.

Anno dominicæ incarnatio. XXXIIII. ſecundũ latinos, qui à Ianuario annum incipiũt computare, Paulus cum pergeret Damaſcũ, à Chriſto de cœlo uocatus, Secũdum Hebræos qui à Marcio inicium anni capiunt, eodem anno, quo dominus paſſus XI, menſe VIII. Kalen. Februa.

Conuerſio Pauli.

Anno dominicæ incarna. XXXVIIII. Gaius regnat annis quatuor, Menſes V. dies VIII. his ergo X. mẽſibus ſi addamus VI. q ſuperfuerũt LVI. annis Octauiani, erũt mẽſes XVI. Exquibus, IIII. detractis, annus integer remanet, qui hoc in loco iſerendus uidetur. Herodes Agrippa Iudæorum genti præficitur.

C. CALIGVLA.

Anno domini. incarnatio. XLIIII. Herodes Tetracha cũ Herodiade in Hiſpania mœrore perĳt. Pilatus qui in dei paſſione mortis ſentẽtiam protulit, ſua ſe manu peremit.

Pilatus ſe ipſum interfecit.

Anno dominicæ incarnationis XLV. Claudius regnat annos XIIII. menſes VII. dies XXVII. Addamus itaq; his VII. menſibus qui ſupra remanſerint, fiunt XI. & VIIII dies his XXVII. diebus, erunt XXXVII. ideſt ãnus, et dies VI. qui huius temporibus adnumerãdus uidetur.

CLAVDIVS.

Anno dominicæ ĩcarnatio. XLVII. Iacobus frater Ioãnis ab Herode decollat̃, Petrus in carcerẽ mittit̃. Idẽ Herodes ab ãgelo percutit̃, Antiochiæ ſpiritus diſcipulos alloquitur, ſegregate mihi Paulum & Barnabã in opus qd elegi eos. Agrippa filius Herodis in Iudęa regnat, uſque ad exterminium iudæorum.

Iacobus apl's decollatur. Frater Ioannis.

Anno dominicæ incarnatio. XLVIII. Paſſionis uero XIIII. & Claudĳ IIII. Paulus & Barnabas aſcenderunt Hieroſolymã. De hac aſcenſione ſua Paulus ipſe ſcribit ad Galatas, Deinde poſt annos XIIII. aſcendi Hieroſolymã cũ Barnaba, aſſumpto & Tito, et cõtuli cum illis, ideſt, cum apoſtolis Euangeliũ, quod prædico in gentibus. XIIII itaq; anno paſſionis dominicæ iuxta conductum Iacobi, zephę & Ioannis ad gentium magiſterium & apoſtolatum Paulus profectus eſt, ubi numerus ipſe quem poſuit recenſẽdus eſt annorum, Scimus enim Petrum & paulũ apoſtolos anno poſt aſcenſionem domini XXXVIII. id eſt ultimo Neronis anno paſſos fuiſſe, et beatum Petrum Romæ XXV. annis epiſcopalem ſediſſe cathedram. XXV. autem anni & XIIII. non XXXVIII. ſed XXXIX. faciunt. Sequitur ergo ut beatum Petrum

Videãt qui Petrum Romæ Epiſcopatũ annis xxv. & men. vĳ. tenuiſſe ſcribũt.

tum Petrum eodem XIIII. post domini passionem anno, quo eum Hierosolymis alloquitur Paulus, idest quarto Claudij anno, Romam uenisse credamus, simulq; ni fallor hac supputatione Paulum eodem quo dominus passus est anno, ad fidē uenisse probatur. Eodem anno fames grauissima facta est, cuius Lucas meminit, & Claudius Britanniam intrauit.

Fames grauissima.

NERO. Anno domini. incarnatio. LIII. Claudius Iudæos tumultuantes Roma expulit. Nero regnat annos XIIII. Menses VII. Dies XXVIII.

Anno dominicæ incarnatio. LXI. Festus procurator succedit Felici. Paulus uinctus Romam mittitur anno II. Neronis.

Iacobus frater domini lapidatur. Anno dominicæ incarnatio. LXIII. Iacobus frater domini à Iudæis lapidatur. Festo, magistratu Iudææ, successit Albinus. Albino Florus.

Anno dominicæ incarnationis LXX. Vespasianus magister militiæ cum exercitu in Iudeam mittitur.

Petrus crucifigitur. Paulus decollatur. Anno domini. incarnati. LXXII. Romæ Petrus crucifigitur, Paulus decollatur. sub Neroniana persecutione coronatur Romæ, Processus & Martinianus. XLVII. qui baptizati sunt à beato Petro in custodia manutij retrusi. Torpes, Marcellus, & Apuleius, Alexādriæ Marcus euangelista passus est VIII. anno Neronis. Mediolani Nazarius et Celsus. Gerualius et Protasius sub Amilino præfecto apud Miceriam. Aquileia Hermagoras episcopus, Fortunatus Diaconus, Fœlix cum constantia

Marcus euan.

VESPASIANVS. Anno dominicæ incarnatio. LXXIII. Vespasianus regnat annos VIIII. Menses XI. dies XXII. his XI mensibus additi VII. Neronis, fiunt XVII. & his XXII. diebus illius XXVII. fiunt L. dies, idest annus, VII. menses & XX. dies, qui annus hoc loco inseritur.

Anno domini. incar. LXXIII. Regnū Iudææ à Tito subuertitur, templumq; destruitur. His tēporibus Appollinaris episcopus à beato Rauēna directus martyrio coronatur.

TITVS. Anno dominicæ incarnationis LXXXIIII. Titus regnanit annos II. men. II.

DOMITIANVS. Annò dominicæ incarn. LXXXV. Domitianus regnauit annos XVI. menses V. his V. mēsibus addamus VII. Vespasiani cōpletur annus q̄ hic inseritur. huius temporibus Ioannes apostolus Romæ in feruentis olei dolio mittitur, ante portam latinā, & in Pathmos insulā relegatur. Vbi apocalypsim scribit. Flauia Domicilla in pontianam insulam exiliatur. Anacletus papa tertius post Petrum martyrio coronatur.

Ioannes apls.

NERVA IMPE. Anno dominicæ incarnatio. XC. Nerua regnauit annum I. menses IIII. dies VIII. Ioannes apostolus ab exilio reuocatur. & apud Ephesum Euangelium scribit. Huius temporibus passi sunt Romæ Eutices, Victorinus & Maro apud Amiterninam urbem, Victorinus apud fratrem Seuerini.

TRAIANVS AVG. Anno dominicæ incarnati. XCI. Traianus regnauit annos XIX. menses VI. dies XVI. his V. mēsibus si addiderimus Titi II. Neruæ IIII. fit annus. Qui hoc in loco aptatur, remanent dies XXVIII. qui supra notati sunt.

Anno

Anno domini. incarna. CI. Ioannes apostolus Epheso requieuit. Traiani temporibus martyrio coronantur Romæ, Clemens papa, Alexander IIII. post Petrū papa. Quirinus, & filia eius Balbina, Sulpitius & Seruilianus, Domicilla et Seraphia uirgines, Nereus et Achilleus, Ignatius Antiochenus episcopus Hierosolymis. Symeon episcopus filius Cleope. in ponto Focas epūs.

Sub Traiano passi martiryum.

Anno dominicæ incarnatio. CXI. Adrianus regnauit annos XI. huius temporibus passi sunt Romæ Sixtus papa, Getulius, Sabina, Seraphia, Virgines apud Mesenam ciuitatē Apuliæ. Eleutherius episcopus cum Anthia matre. apd' Athenas, Quadratus & Atristides clari habētur. Dionysius episcopus Ariopagita apud Tiburnam urbē Italiæ. Symphrosa cum septem filijs.

Adrianus aug.

Sub Hadriano passi

Anno dominicæ incarnati. CXXIII. Antoninus cognomento pius, cum filijs Aurelio & Lucio regnauit annos XXII. men. III. Iustinus philosophus claret. Suppio episcopo Hermes librū scribit, qui dicitur pastoralis.

Antoninus pius aug.

Anno dominicæ incarnationis CXXV. Marcus Antoninus Verus, cum fratre Lucio Cōmodo annis XVIIII. mense I. horum & supra dictorum temporibus coronati sunt Romæ Anicetus papa, Victor papa, Simetrius presbyter, Felicitas cum VII. filijs, Iulius & Antonius, Eusebius & Pōtianus, Peregrinus et Vincentius. apud Sebastem Armeniæ minoris XL. martyres sub Agricolo iudice. apud Spoletū, Concordius. apud smyrnam, Policarpus epūs sancti Ioannis discipulus. Item Germanicus & Pionius apud Apameam, Alexander et Gaius apud Cretā urbē Cortinę, Philippus episcopus apud Pergamū Asiæ urbem. Carpus epūs, Papinus dyaconus, & Iustinus phūs apd' Lugdunū galliæ, Hireneus epūs cū mltis, Fortinus epūs ciusdē urbis & Bladina cū alijs XLVIII. Epipodius & Alexāder in Syria, Victor & Corona Mediolañ. Faustus Cabillone marcellus, Itē in territorio Cabillonensi, castro Trenortio Valerianus, Alexandria Tholomeus & Lucius.

Mar. Antoninus Verus.

Martyrio coronantur.

Anno domi. incarna. CXLIIII. Lucius Antoninus Commodus, post mortem patris Antonini Veri regnauit annos XIIII. Huius tēporibus nonnulli passi sunt q̄s supra notauimus. Sed iccirco hæc nō per ordinē certis impatorū tēporibus exprimi potuimus. Quia in quibusdā passionibus sanctorū supra nominatorū, Imperatorū uocabula ita confuse posita sunt, ut cū dicas rē sub Antonino gestā, ignoretur, utrū sub Pio aut sub Vero aut sub Cōmodo actum sit, et cum dicitur sub Lucio ambiguū sit, utrū sub Aurelio aut sub Cōmodo aut sub Antonino gestū sit. Ferunt tamē quod huius tēporibus Hireneus episcopus Lugdunensis passus sit.

Antoninus Cōmodus aug.

Anno dominicæ incarnatio. CLVII. Helius pertinax regnat menses VI.

Helius pertinax.

Anno dominicæ incarna. CLVIII. Seuerus pertinax regnauit annos XVII. Clemens Alexandrinæ ecclesiæ pater, & Pantenus philosophus claruerunt. Narcissus Hierosolymorum episcopus, Theophilus Cesarienſis insignes habentur. Leonides pater Origenis coronatur apud Carthaginem, Perpetua & Felicitas bestijs deputantur.

SEVERVS PER.

Annno dominicæ incarnationis CLXX. Antoninus cognomento Caracalla

Antoninus Caracalla aug.

Seueri filius, regnat annos VII.

Macrinus. Anno dominicæ incarnationis CLXXI. Macrinus regnat annum unum.

M. Aurelius. Anno dominicæ incarnatio. CLXXII. Marcus Aurelius Antoninus, regnauit annos III.

Aureli. Alexander. Origenes. Anno dominicæ incarna. CLXXVI. Aurelius Alexander annos XIII. regnauit. Origenes toto orbi clarus habetur. huius tẽporibus coronantur Romæ, Caliſtus papa, Vrbanus papa, Cæcilia uirgo, Tiburtius & Valerianus Calepodius preſbyter, Palmatius conſul cũ uxore & filijs, & ſimplicius ſenator.

Maximinus. aug. Anno domini. incar. CLXXXIX. Maximinus regnauit annos III. huius tẽporibus coronantur Romæ, Anterus papa, Potianus papa, Cæſarea Paleſtinæ, Pamphilus & Maximinus preſbyteri.

Gordianus aug. Anno dominicæ incarnationis CXCII. Gordianus regnauit annos VI. Origenes in Cæſarea Paleſtinæ Theodorũ, cognomento Gregorium, & Anteno dorum fratres, diuina philoſophia imbuit.

Philippus primus chriſtianus cæſar. Anno dominicæ incarnati. CXCVIII. Philippus cum filio Philippo regnauit annos VI. hic primus omnium imperatorũ Chriſtianus fuit.

DECIVS.

Anno dominicæ incarna. CCIIII. Decius regnauit annum unum. Menſes III. his menſibus adde Antonini Pij III. Marci Antonini unũ, Helij ptinacis VI. fit annus, qui hoc in loco ponitur, remanet mẽſis I. & dies XXVIII. ſupra notati. huius temporibus martyrio coronantur Romæ, Fabianus papa, Sixtus papa, Laurentius feliciſſimus, & Agapitus diaconus, Abdon et Sennes, Martyrium paſſi. Ipolitus et Concordia, Hierenus & Habũdus, Cornelius papa, Victoria uirgo, Miniates, Anthiochia, Babillus epiſcopus, Apollonia ciuitate Leacus, Tirſus & Gallinecus, Hieroſolyma Alexander epũs, Nazanzo, Tripzo in ægipto ciuitate quæ dicit Thinius, Pheleas epiſcopus, & Philoronius, tribunus cum alijs multis in Sicilia ciuitate Cartanenſium. Agatha uirgo in Perſide, Polocronius Babiloniæ & Theſifontis epiſcopus, Egen Pamphiliæ, Neſtor epiſcopus in Corduba ciuitate, Parmenius preſbyter cum ſocijs apud circẽſem Coloniam, Marianus & Iacobus in tyro, Anatholia & Andet apud Africam, Nemeſieanus & Felix, Rogantianus preſbyter & Felicimus cũ multis alijs Antiochiæ, Aſclepiades epiſcopus Alexandriæ, Agatho et Seraphion, Arſenius & Dioſcorus cum ſocijs ſuis.

Gallus cum Voluſiano aug. Origenes moritur. Anno dominicæ incarnationis CCVI. Gallus cum Voluſiano filio regnauit annos II. menſes IIII. Origenes doctor moritur & in Tyro ſepelitur.

Martyres. Anno dominicæ incarnationis CCVIIII. Valerianus cum Galieno regnauit annos XV. horũ tẽporibus coronant Romæ Stephanus pa. Eugenia uirgo, Iouinus et Baſileus, Lucius papa, Baſilla, Rufina, & Secunda uirgo, Herenlianus, Protus & Iacinctus, Sixtus papa, Valerianus, Nemeſius, Siphronius & Olympius in Hiſpania urbe Tetragõe, Verona, Zenon epũs, et cõfratres, Fructuoſus epũs, Augurius et Eulogius dia. Cęſarea Paleſtię Marinus & Arcemius

et Arcemius apud Africam ciuitatem Tuburno, Lucernariæ Maxima Donatilla, & ſecunda uirgo. In territorio Canallitano, uico Mitanẽſi, Priuatus, epiſcopus, Theodorus cognomento Gregorius, Cæſariæ Ponti epiſcopus uirtutũ gloria claret.

Claudius aug. Anno dominicæ incarna. CCXXIIII. Claudius annum unum regnat, Menſes VIIII. his adde quatuor Voluſiani, fit annus, qui hic ãnumeratur, remanet Menſis I. Huius temporibus paſſi ſunt Romæ Felix papa. Marius & Martha coniunx eius cum filijs, XLVII milites, qui baptizati ſunt à Dionyſio papa. Cirilla uirgo, iterracina Cãpaniæ ciuitate, Fœlix pbr̃, & Euſebius.

Aurelianus aug. Anno dominicæ incarna. CCXXVI. Aurelianus regnauit annos V. VI menſes. Huius temporibus paſſi ſunt Romæ Eutichanus papa, Thedora, Baſilides, Tripos, et Mandalio, Lingonus ſancti Gemini Loonio ciuitate, Conõ Cæſarea Capadociæ, Mãnes apud Prænęſtinam urbem. Agapitus in ciuitate Salona, Anaſtaſius, Auguſtuduno. Simphorianus in territorio Nauariẽ ſi loco, qui dicitur gentibus, Andeolus ſubdiac. Andochius pbr̃, Tirſus diaconus, & Fœlix in caſtro Diuione, Benignus preſbyter.

Tacitus aug. Anno dn̄icæ incarna. CCXXXII. Tacitus regn̄. Menſes VI. addde VI. Aureliani, fit annus. remanent LXXXVIII dies Floriani, his coniunge XXVIII. dies, q̃ ſupra remanſerunt, fiunt CVIII. id eſt menſes III. XVIII dies, Adde duos ſuperfluos menſes, faciunt menſes V. dies XVIII. Anatholius Laodiceæ Syriæ epiſcopus clarus habetur.

Probus aug. Anno dn̄icæ incar. CCXXXIII. Probus regnat ãnos VI. menſes IIII. His adde VI. Taciti, & V. ſupraſcriptos fit annus, remanent III. menſes.

Carus cum filiis. Anno dn̄icæ ĩcarna. CCXL. Carus cũ filijs Carino, & Numeriano regn̄. ãnos II. Horũ temporibus coronantur Romæ Criſantus & Daria, Claudius & Hilaria uxor eiũs cum filijs, Iaſon & Mauro, et LXX. milites.

Diocletianus & Maximianus & Cõſtius & Galerius. Anno dominicæ incarna. CCXLII. Diocletianus cũ Maximiano, & Conſtãtio, & poſt mortem Diocletiani, Maximianus cum Seuero, Galerio, & Maximiano regn̄. annos XX. Horũ temporibus martyrio coronantur Romæ Gaius papa, Ciriacus Diaconus, Largus, & Smaragdus, Apronianus Papias, & Maurus, Claudius, & Prepedigna cum filijs, Gabinus preſbyter, Caſtulus, Pãcratius, Arthemius cũ uxore, & filia, Sebaſtiãus, Marcus, & Marcellĩãus, Marcellinus pbr̃, Petrus exorciſta. Trãquillinus, Nicoſtratus, Zoe uxor eius, Primus Felicianus, Claudius, Caſtorius, Victorinus Simphorianus, Baſiliſcus, Fauſtius, Sĩplicius, & Beatrix, Tiburcius filius Coromatij, Suſãna v̄go, Ioãnes, Criſpus, Geneſius, Felix, & audactus, Lucia, & Geminiãus, Sergius, & Bachus. Criſogõus, Saꝛninus, Quatuor corõati, Theodoros, Põcianus, Pretextatus, & Thraſo. apd̄ Spoletũ Gregorius pbr̃, Sabinus epũs, Exſupantius, & Marcellus Diac. apud ĩſulas Parmarias Anaſtaſia, Antiochia. Iuliãus, & Baſiliſſa. In Hiſpãia, ciuitate Cæſarauguſtana, Vicẽtius Diac. In Barcinona, Eulalia v̄go. Cucufas. Apd̄ Gerũdã Felix. In cucumis Iuliana uirgo, apd̄ Tyrũ Tyrãno Siluanus, Peneleus, atq; Epiſcopi cũ ĩnumera

mera multitudīe. apd Sirmiū, Strenū. Nicomedia Petrus, & Lucianus pbr Antiocemus, Antimus epūs, Panthaleon, Ioannes Adrianus, Dorotheus, & Gorgonius, Eleutherius. Smirniæ, Hireneus Episcopus. In Palestina ciuitate, Gara Siluanus, Mediolāis Victor. apud Illiricū ciuitate Sussia, Quirinus Episcopus. apud Tharsum, Bonifacius. apud Aquileiam, Fœlix, & Fortunatus. apud Ciliā, Vitus & Modestus, cum Crescentia Lucia uirgo in britānia. Albanus apud Massiliam, Victor apud Augustam. Afra, cū matre sua Hilaria. in Rhetia prouincia Nicea, Bithyniæ Theodora cum filiis. In Hispania, ciuitate Cōpluto, Iustinus, & Bastar frēs. In Sicilia ciuitate Catanensiū Euplus Diaconus. Apud urbem Italiæ Pergamū Alexāder, in ciuitate Calcedona Eufemia. in Neapoli Campaniæ Ianuarius Episcopus Beneuenī. Socius Diac. Mesenate ciuitate, Faustus & Desyderius. In Palestīa Pelus, & Nilus episcopi, in Cirzico Fausta & Euilasius, Aganno. Mauricius cum socijs Antiochiæ. Cyprianus episcopus cum iustina apud Egeā Ciuitatē. Cosmas et Damianus in Gall. Castro Solodora, quod est super Aralam fluuium, Victor. apud Coloniam Agrippinam Gereon cum socijs. apud Tarsū Probus & Andronicus. in Venusa ciuitate apuliæ, Fœlix epūs, Audax, & Ianuarius presbyteri. Suessiōis ciuitate Crispinus & Crispinianus. apud Sidonē Cēobius presbyter. In territorio Tiberius Modestus, & Florētia, In Scythia Mēnas. Anthiochia Romāus. Alexandria Petrus episcopus. In africa ciuitate Crispina uirgo. In Tuscia Barbara uirgo. In Hispania Leocadia. Emerita ciuitate Eulalia, & Iulia uirgines.

Cōstantius Augu.

Anno dñicæ incarna. CCXLIII. Huius Cōstantij tēporibus, pace ecclesijs reddita, Episcopi priuatis sedibus restituūtur, et alia plura xpianæ religiōi pfutura ceduntur. Inter quæ etiā Cœnobium seruorū dei Treueri inchoat, cui prescripti principis assēsu, inter cōtiguos urbi muros, Ioānes Abbas miræ sanctitatis uir, initia dedit. Cuius cœnobij beatus Augustinus in li. Cōfessionū mentionē fecit.

Cœnobium Treuerisi choatur.

CONSTANTIVS

Anno dominicæ incarna. CCXLIII. Constantinus Constantii, ex concubina Helena filius, regnat annos XXX. Menses X. his adde tres menses qui supra remanserunt fit annus, remanet mensis unus. Siluester papa clarus habetur, cuius industria Synodus præclarissima toto orbe terrarum CCCXVIII. patrū apd Niceā urbē celebrat Crux dñi nostri Iesu xpi, à Iuda inuenitur. Sed utī gestis Romanorū pontificum legimus, sub Cōstatio patre Cōstantini, & Eusebio pōtifice Romano, eadē crux inuēta ē. Nā ibi ita legit sub huius tēporibus, id ē Eusebii, inuenta ē Crux xpi, V. nonas Maii, et baptisatus est Iudas, qui & Quiriacus.

Helena concubina Cæsaris.

Concilium Nicenū

Crucis inuentio per Iudam.

Anno dominicæ incarna. CCXCV. Constantius cū Constantino, & Costante fratribus, ānos XXVII. Menses V. Dies XIII. Horum temporibus Maximianus Treuirorum episcopus clarus habetur. Iacobus nisibis episcopus agnoscitur. Antonius Monachus in Eremo moritur. Hilarius Patauiensis Episcopus, ab exilio reuocatur. Iulius papa, in exilium mittitur. Liberius papa, exilio deportatur, Reuocatus hæreticis fauet. Felix papa deponitur, & ab hæreticis interficitur. Eusebius presbyter propter fidem catholicam in quodam cubiculo includitur, ibiq; post VII. menses moritur

Constantius et Constans fratres.

Pontifices a Cæsaribus depositi.

ses moritur. Dionysius episcopus Mediolanensis apud Capadociam exilio damnatur. Paulus constantinopolitanus episcopus ab Arrianis strangulatur. Paulinus episcopus Treuirēn succesor sancti Maximiāi episcopi, ob catholicam fidē à Cōstantio relegatur exilio, & usq; ad mortē etiā ultra Christianū nomē mutando, exilio fatigat. Ad ultimū apud Frigidā defunctus est inde Treueris reportatur.

IVLIANVS.

Anno domini incarna. CCCX. Iulianus regnauit annos duos, menses VIII. His adde VI. qui remanserunt fit annus. supersunt menses II. & XVIII. dies. Huius temporibus coronātur Romæ Priscus presbyter, Priscillianus clericus, Benedicta fœmina, Pigmenius presbyter, Gordianus, Demetria uirgo, Ioannnes presbyter. item Ioannes & Paulus, Faustus & Dafrosa. in Hostia Hilarianus Hierosolymorū episcopus. Aretia ciuitate Donatus episcopus, Anthiochia Theodoritus presbyter.

Valentinianus cum fratre aug.

Anno dominicæ incarnationis CCCXV. Valentinianus cum fratre Valente regnauit annos XI. Romæ Damasus papa clarus habetur, Mediolani Ambrosius episcopus insignis habetur. Hilarius episcopus Pictauis moritur, Anathasius Alexandria uita decedit.

VALENS.

Anno dominicæ incarnationis CCCXXVII. Valens cum Gratiano & Valentiniano Valentiniani fratris sui filio regnat annos IIII. Hunni, Gothos propijs sedibus pellunt. Gothi thraciam depopulantur.

Gratianus cum Valente.

Anno dominicæ incarnatio. CCCXXXII. Gratianus cum fratre Valentiniano regnauit annos VI. Theodosius à Gratiano impator creatur. Synodus CL. patrum congregatur urbe Augusta sub Damaso papa. Theodosius Archadium filium consortem imperij facit. Maximus in Britānia imperator creatur, in Gallia apud Lugdunum Gratianum Augustū interfecit, fratrē eius Valētinianum ab italia expulit. Martinus Turonorū epūs uirtutum gloria fulget. Hieron. sacræ scripturæ interpres Bethleem insignis hētur.

Concilium. MAXIMVS IMPERA.

Martinus episco.

Hieronymus.

THEODOSIVS.

Anno dominicæ incarnatio. CCCXXXIX. Theodosius, qui Gratiano uiuente, V. annos iam orientē regebat. post eius mortem regnauit annos XI. Maximū Tyrannū quarto ab Aquileia lapide interfecit. Siricus papa Romanā rexit eccliam. Hiero. librū de illustribus uiris scripsit, apud Egyptū Ioannes Eremita celebrat, qui Theodosio de Tyranno uictoriā prædixit.

Archadius cum Honorio aug.

Anno dominicæ incar. CCCL. Archadius cum fratre Honorio regnauit annos XV. Gothi Italiā, Vuandali atq; Alemanni gallias aggrediuntur. Corpora Abbacuc, & Micheæ prophetarū reuelant. Innocētius papa Romanā rexit ecclesiā. Sctūs Martinus ad cœlestia transit. Seuerinus epūs Coloniæ Agrippinæ clarus habet. Augustinus epūs eximius doctor in Hipponensi ecclesia diuinam phiam dogmatizat, Pelagius Britto gratiā dei impugnat.

Augustinus.

Honorius & Theodosius aug.

Anno dom. incarna. CCCLXIIII. Honorius cū Theodosio minore fratris sui filio regnauit annos XV. Alaricus rex Gothorū Romā inuadit anno VII. Honorij. Corpa sanctorū Stephani prothomartyris, Gamalielis & Nicodemi, Luciano presbytero reuelātur, Bonifacius papa, & Celestinus Romanā regunt ecclesiā. Hieronymus presbyter obijt XII. Honorij anno, ætatis aūt suæ XC VII. libros suos perfecit.

S. Hiero. obijt.

Anno

Theodosius mi. Valentinianus iu.

Anno dominicæ incarnationis CCCLXX. Theodosius minor, Archadij filius, regnauit annos XXVI. Valentinianus iunior, Constantij filius, Rauennę imperator ordinatur. Gens Vuādalorum, Alanorum & Gothorum, Africam deuastat. Augustinus episcopus inter ipsas obsidionum angustias migrauit addeū. Vuandali capta Carthagine, in Siciliā transeunt. Celestinus & Xistus Romanā regūt ecclesiā, huius temporibus Leo magnus apostolicam obtinuit cathedrā, ad quē, et ad Pulcheriam Augustā, multa super Eutycetis errorem scribit Flauianus Constantinopolitanus episcopus, et Eutycenem damnat.

S. Augustinus obijt.

Martianus & Valentinianus iu.

Anno dominicæ incarnationis CCCXCVII. Marcianus & Valentinianus regnauerunt annos VII. Ioannes baptista duobus monachis caput suum manifestat. Germanus episcopus Vtisrodorensis, & Lupus Trecasenis episcopus, in Britanniam dirigūtur. Post hæc Germanus episcopus apud Rauennam moritur. Leo episcopus Marciano multa fidei dogmata scribit. Anatolius episcopus Constantinopolitanus Eutycetis errorē damnat, & à Leone papa arguitur, quod contra Nicenum consilium, Antiochenam & Alexandrinam ecclesias, sibi subdere uoluisset. Aetius patricius à Valentiniano occiditur apud arelatū. Hilarius episcopus doctissimus atq; preclarissimus uir, qui uitam sancti honorati prædecessoris sui composuit, moritur.

Aetius patritius.

LEO AVG.

Anno dominicæ incarnationis CCCCV. Leo regnauit annos XVII. huic Leoni, Leo papa plurima scribit. Theodorus episcopus ciuitatis Syriæ, historiam ecclesiasticam à fine librorum Eusebij scribit. Hilarius papa, Romanam ecclesiam gubernat. Victorinus, iubēte papa Hilario, reuolutionem magni anni describit.

Zenon aug.

Anno domini. incarna. CCCCXIIII. Zenon regnauit annos XVII. Odoacer rex Gotthorum Romam obtinuit. Theodericus, cognomento Vualager, utrāq; Macedoniā depopulatur. Honoricus rex Vuandalorum, Arriano in Africa plusquā CCCXXXIIII. Episcopis fugatis, ecclesias eorum clausit, & plebes uarijs supplicijs affecit. Felix papa damnauit Achatium Constantinopolitanum episcopū, & Petrum Alexandrinum. Gelasius uir prudēs, Felici papæ in pontificatu succedit. Hic etiam damnauit Achatium & Petrum. Post hunc, Anastasius presul efficitur, qui uoluit occulte reuocare Achatiū, sed nō potuit, qui etiam nutu diuino percussus est.

Anastasius aug.

Anno Domínicæ incarnatio. CCCCXXI. Anastasius regnauit annos XXVIIII. Trasamundus rex Vuandalorū CCXX. epos exilio Sardinia misit, Huius & Zenonis temporibus sub Vuandalica persecutione martyrio coronant. apud Africā Eugenius Carthaginensis epus, & cum eo plusq; Dti. Appa Bonifacius, Diaconus Seruius, & Rustic⁹ subdiaconi. Rogatus et Septimus monachi, et Maximus puer, primo igne iniecti, post remorū uectibus enecati sunt. Itē Marcianus & Satirianus, & Maxia ỹgo, et cū eis CCCLXX. crudelit perēpti sunt. Itē Papias & Māsuetus. Vulteus, Valerianus, Vrbanus & Crescens, Felix & Hortulāus epi. in confessiōe cursum uitæ cōsummauerūt. Itē Daciua, et Dionysia, Emelianus medicus cū multis alijs.

Martyres crucianatur.

Confessores.

alijs, Valerianus episcopus, Symachus papa ecclesiam Romanā gubernat. pecuniā, & uestes per Africam, & Sardiniā episcopis in exiliū missis ministrat. Post hunc Hormisda papa constituitur. Clodoueus rex francorū q gallias regnauit XXX. annos, Syagrium patritium interfecit. Cundibaldum regem Burgundia expulit. Almannos tributarios facit. Anno XII. regni sui à sancto Remigio, Remorū episcopo, unà cū frācis baptizatur. Mā merius episcopus Vienen. ecclesiæ triduanas litanias instituit ante ascensionē dmini. Clodoueus rex cū Alarico, rege gothorū, in Aquitania iuxta Pictauos confligit, eumq; regno & uita priuat. Amalricus filius Alarici in Hispania regnū paternū obtinuit. Anastasius impator Clodoueo donare gia mittit, Clodoueus Reginariū propinquū, atq; consortē regni interfecit. A transitu sancti Martini usq; ad mortē Clodouei sunt anni CXII. Quatuor filij eius Theodoricus, Clodomerus, Childebertus, & Clotharius regnū patris inter se diuiserūt. Anastasius imperator in flumine perijt.

Pontifícis liberalitas in captiuos.

IVSTINVS MAIOR AVG.

Anno Dominicæ incarna. CCCCL. Iustinus senior regnauit annos VIII. Ioannes papa, à Theodorico rege Gotthorum Rauennam propter fidem catholicā in custodia mittitur, ibiq; moritur. Idem tyrānus Symmachum patritium interfecit. Boetiū in liberalibus disciplinis nulli secundū, in carcerem trudit. In quo ipsa philosophia miris disputationū argumentis cōqueritur. prefatus Theodoricus subita morte perijt. Athalaricus in regnum succedit. Benedictus pater, & primus in loco, qui Sublacus dicit, & postea in castro Cassini, uir magnæ uitæ meritis, & apostolicis uirtutibus effulsit. Felix, & Bonifacius Romanam regunt ecclesiam. Sigismundus, rex Burgundionū, monasterium sanctorum Auganensium ædificat. Idem à supradictis filijs Clodouei interficitur. Theodoricus cum filio Theodeberto, & fratre Clotharío Thuringiam depopulatur, Ermenfridum Thuringorū ducem apud Tulpiacum extinguit.

Symmachus, Boetius.

S. Benedictus

IVSTINIANVS AVG.

Anno Dominicæ incarnatio. CCCCLVIIII. Iustinianus, Iustini ex sorore nepos, regnauit annos. XXXVIII. Nam per Belisariū patritium Persas fortiter deuicit. Perq; ipsum Belisarium Vuandalorum gētem, capto eorum rege Gelismero, usq; ad internitionem deleuit. Africamque totam post annos XC. & VI. Romano imperio restituit. Rursusq; Belisarij uiribus Gothorum in Italia gentem, capto Vuitisi, eorū rege, superauit. Mauros q; post hæc Africam infestantes, eorumque regem Attilam per Ioannem exconsulem mirabili uirtute prostrauit. Leges quoq; Romanas quarum prolixitas grauabat, minorauit, & inutiles dissonantias mirabili breuitate correxit. Extruxit quoque Constantinopoli templum, quod greco uocabulo ἁγιαν σοφιαν nominauit. Cuius opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatijs huic simile non possit inueniri. Huius temporibus Cassiodorus Romæ tā secularí, quā diuina scientia claruit. Hic primitus consul, deiñ senator, ad extremū monachus efficit. Romæ Dionysius abbas pascales scribit circulos. Apud Cōstātinopolim Priscianus Cæsariēsis grāmaticæ artis (ut ita dicā) pfunda rimatus est, tūq; nihilo minus Arator Romanæ eccliæ subdiaconus, poēta mirabilis apl'orum actus ỹsibus hexametris decorauit

alĩs Gilimere.

alĩs Vitige.

alĩs Anitalam.

Cassiodorus.

alĩs Alba.

Priscianus.

alĩs Pascalē calculū.

decorauit,Huius temporibus Romanam rexerunt eccleſiam Ioannes Agapetus,Syluerius,& Vigilius.Syluerius à Beliſario iuſſu Theodoræ Auguſtæ in exiliũ mittitur,& ibi moritur. Vigilius q̃q; eo quod nollet reuocare Anthemium hæreticum, epiſcopũ Conſtãtinopolitañ.à Iuſtiniano in exilium truditur,reuocatur ab exilio cum Romã reuerteretur,in Sicilia ciuitate Syracuſana calculi dolore moritur.Pelagius in põtificatu ſuccedit. Per idẽ tẽpus Albuinus,filius Odouini,Langobardis iam decimus imperat,qui filiam Clotharij regis francorũ Clothſuindam in matrimonium habuit.Childebertus,rex Francorũ,cum exercitu Hiſpaniam intrat,Amalricũ regem, filium Alarici,in prælio extinguit,multum aurũ,& argentum inde aſportat.Clotharius filius fratris ſui Clodomeri cultro cõfodit.,Theodericus rex moritur. Theodebertus filius eius poſt eum regnat.

IVSTINIANVS IV. Narſes.

Anno Dominicæ incarna.CCCCXCVIII.Iuſtinianus minor regnauit annos.XI.Narſes Patricius Tothylam regem Gothorũ in Italia occidit.Idem cum ducibus Theudeberti regis Francorũ Bucellino & Amingho qui Italiam deprẽdabantur,pugnauit eosq̃ interfecit.Narſes apud Iuſtinianum et eius coniugẽ Sophiam accuſatus à Romanis,quod ſeruicio Italiã premeret. & ſtatim Longinus prefectus mittitur, qui Narſetis locũ obtineret. Cui inter cætera Sophia,quia Eunuchus erat,hoc fertur mandaſſe,quod cum puellis in gynaetio lanarum faceret penſas diuidere. Ad hæc ille reſpõdit talem ſe ei telam orditurum qualẽ ipſa dum uiueret,deponere nõ poſſet.ſtatimq̃ genti Langobardorum mandat ut uenirent & poſſiderent Italiam.Ioannes papa Romanam eccleſiam regit.Childebertus & Clotharius reges cum exercitu Hiſpaniam intrant Cæſar Auguſtanam ciuitatem obſidẽt. Ciues induti cilicijs tunicam ſancti Vincentij ſuper murũ circunferunt.Deumq̃ contrito corde exorant.Reges diuina inſpiratione flexi obſidione ſoluunt. Epiſcopus eiuſdem ciuitatis Childeberto regi pro munere ſtolam beati Vincentij conſtituit. Albuinus cum Langobardis Italiã intrauit & Giſulfum nepotem ſuum foroiulianis prẽfecit. Theodebertus rex Italiam intrat cum Langobardis certamẽ init,eosq̃ uicit,in Franciam reuerſus moritur. Non multo poſt tempore Childebertus rex Pariſius moritur,& in baſilica ſancti Vincentij ſepelitur. Regna quæ fratres & nepotes tenuerant, in Clotharij rediguntur poteſtatẽ.

Sancti Vincentij tunica.

Medardus.

His temporibus Medardus epiſcopus migrauit ad dominum,quem Clotharius rex cũ debito honore Sueſſionis ſepeliuit. Poſt hæc Clotharius rex cũ debito ſuo moritur,& in Baſilica ſcti Medardi ſepelitur. Quatuor filij eius regna inter ſe diuiſerunt. Heribertus regnum Childeberti accepit,& ſedem Pariſius habuit.Guntramus regnũ Clodomeri tenuit.ſedẽq̃ cõſtituit Aurelianus. Hilpericus regnũ patris ſui Clotharij cathedrã ſueſſionis habuit. Sigibertus regnũ Theoderici Remis ſiue Metis ſedẽ ſtatuit.Huni q̃et Auares cõperta morte Clotharij,ſuper Sigibertũ inruũt. Quibus ille in Thuringiã occurrens eos iuxta fluuium.Albiam potenter ſuperauit.Hic Sigibertus legationem in Hiſpaniã mittẽs Brunihildem Atanahildi regis filiam petit, eamq̃ in coniugium accepit,de eaq̃ filium Childebertum nomine ſuſcepit

Regnum Franciæ diuiditur.

Aurelij alias.

Bruniam alias. Theodebertũ alʒ.

Heribertus derelicta legitima uxore,quæ uocabat̃ Ingoberta,duas ſorores Marconeſã,& Merofilidã,ſibi in matrimonium iungit, ex quo ſcelere excõmunicatus ẽ à ſancto Germano Pariſiorũ epõ,& iuſto dei iudicio pcuſſus moritur,& in Baſilica ſãcti Romani ſepelit̃.Regnũ eius Sigebertus arripuit.Hilpericus Geilſundã ſororẽ Brunichildis ĩ coniugẽ accepit,quã pauco interfecto tempore,ſuggerẽte Fredegunde,in lecto ſtrangulauit. Deide Andoueram reginã à ſe repulit,eo q̃ adhortante Fregedũde,filiam ꝓpriam à ſacro fõte ſuſcepiſſet,et eãdẽ Fredegundẽ ſibi in mr̃imoniũ iungit.Habuit uero ex ſupra dicta Andauera tres filios,Theodebertũ,Merouẽũ,& Clodoueum. Theodebertus iuſſu pr̃is trãs Ligerim regionẽ,quã auunculus eius Heribertus tenuerat,occupat,& apud Pictauos cũ Gulidaldo duce Sigiberti dimicat,eũq̃ ſuperat.Sigebertus cũ exercitu Pariſius uenit,fratrẽq̃ Hilpericum bello aggreditur.In quo prelio ſupradictus Theodebertus occubuit. Hilpericus fugiens cũ uxore & filijs,Torniacũ ingreſſus eſt,ibiq̃ ſe cõmuniuit.Quẽ cum Sigebertus ibiq̃ ꝑſequeret̃,dolo Fredegũdis reginæ à duobus pueris eius dolo iterficit̃.Quẽ frater ĩ Baſilica ſcti Medardi ſepeliuit.Ea tẽpeſtate Brunichildis cũ filio adhuc paruulo Pariſius morabatur.Guldaldus dux,apprehenſũ puerũ nocte latenter aufugit,eumq̃ in regnũ paternũ reportauit.Eadẽq̃ Brunichildis Rothomagũ ĩ exiliũ mittit̃,ubi ueniẽs Merouæus filius Hilperici eam ſibi in coniugiũ ſociauit. Ex qua cauſa poſtea à patre attonſus,monachus efficitur,& preſbyter ordinat̃.Eodẽ tempore Sãctus Germanus Pariſiorũ epũs ad dñm tranſit,& in Baſilica ſancti Vincentij ſepelitur,matrẽ Brunichildẽ requirit,quã Helpericus redire iubet.Narſes patricius de Cãpania Romã uenit,ibiq̃ moriẽ,corpus eius in locello plũbeo cũ oĩbus diuitijs eius Conſtantinopolĩ perlatum ẽ.Benedictus papa Romanam eccleſiã gubernat.Fortunatus poeta in Gallijs inſignis habet̃,q̃ natus quidẽ in loco,q̃ Duplalis dictus fuit,quĩ locus haud longe à Cenitenſi caſtro uel Taruiſiana diſtat ciuitate.Sed tamẽ in Rauẽna nutritus & doctus in arte Grãmatica,ſiue Rhetorica ſeu Metrica clariſſimus exiſtit. Qui amore ſancti Martini in Gallias tranſiens,primo Turonis,deinde Pictauis habitauit, in qua ciuitate epiſcopus ordinatus eſt.

Galſundam alʒ.

Chilperici tres filii

Gondibaldo.

Sigibertus dolo interficitur.

Gondobaldus alʒ.

Merouæus fit ꝑſbyter.
S.Germanus.

Narſes moritur.

Benedictus papa.
Fortũatus poeta & epiſcopus.
Duplaulis alʒ.

Albuinus rex cum Langobardis Taruiſium,Vincentiam,Veronamq̃,& reliquas Venetiæ ciuitates capit.Deinde Liguriam ingreſſus Mediolanum cœpit,& omnes Liguriæ ciuitates,Ticinenſis ciuitas ultra tres annos obſidionem perferens Langobardis ſe tradidit,omneſq̃ ciuitates armis cœperunt, præter Romã,& Rauennã,uel aliqua caſtra quæ erant in maris litore conſtituta.Albuinus poſtq̃ in Italia tres annos,& ſex menſes ragnauit,ĩſidijs ſuæ cõiugis interẽptus ẽ,Elmigiſus q Albuinũ occiderat cũ Roſemũda regina Rauennã ad Longinũ præfectũ fugit,auferẽs ſecũ Albiſindam filiã regis & omnẽ Lãgobardorũ theſaurũ, ubi ãbo ueneno perierunt. Lõginus Albiſindam filiam Albuini cum Langobardorum theſauris Conſtantinopolim dirigit,Lãgobardi Gallias ingrediuntur.Horũ aduentũ uir dei Hoſpicius q apud Niceam erat incluſus,ſancto ſibi reuelante ſpiritu, longe ante præuidit, quibus occurrit armatus dux Guntrannus, & commiſſo bello

Langobardi ĩ Italiã

Albouinus moritur
Helmigiſo.
Helmich.alʒ.

Alſuindã alʒ.

Langobardi in Galliam.

S.Hoſpitius.

à Langobardis extinguit. Mumulus in locũ eius subrogat, qui ex Lãgobardis multos interfecit, eosq; in Italiã redire cõpulit.

TIBERIVS CONSTANTINVS Augustus.

Anno dñicæ incarna. DX. Tiberius Cõstãtinus reg. annos VII. Hic cũ sub Iustino adhuc Cæsare palatiũ regeret, & multas q̃tidie eleemosynas faceret, magnã ei dñs copiam auri submínistrauit, nã deambulans per palatiũ uidit in pauimento tabulã marmoream, in qua erat Crux dñi sculpta, quã inde leuari iubens, inuenit defossum magnũ thesaurũ, habentem supra mille auri centenaria. Huic etiã thesaurus Narseti à quodã sene, qui eũ cum alijs terræ mandauerat manifestus est, qui tantus fuit, ut uix per multos dies Cisternã in qua iacuerat, à deportantibus potuisset euacuari. Huic Sophia Augusta insidias tentauit ingerere. Procedente em̃ eo ad uillam, ut iuxta ritũ imperialem XXX. diebus ad uindemiã iucundaret, uocato Iustiniano nepote Iustini mariti, uoluit eũ in regno sublimare, quo cõperto, Tiberius apprehẽsam Augustam oĩbus thesauris spoliauit, solum ei uictum relinquens. Huius exercitus Persas debellauit, tantamq; prædam cũ XX. pariter Elephãtis detulit, ut humanæ crederet posse sufficere cupiditati. Ad hũc Hilpericus rex Francorũ suos Legatos dirigens, multa ab eo ornamenta, aureos etiam singularũ librarum suscepit, habentes ab una parte effigiem Imperatoris, & scriptũ in circulo Tiberius Cõstãtinus perpetuus Augustus, ab alia parte habentes quadrigã & ascensorem, In circuitu scriptũ gloria Romanorũ. Huius diebus Gregorius diac. cum esset apochrisarius in urbe Cõstantinopolitana, morales libros cõposuit, Euticium q; eiusdẽ urbis epm̃ de resurrectiõe errantem, in conspectu Augusti superauit. Pelagius papa Romanam reg. ecclesiam, qui absq; iussione principis ordinatus est, eo q; Langobardi Romã obsiderent, nec posset quisq; pgredi. Hilpricus rex, descriptiones nouas per consiliũ Fredegundis in omni regno suo facit, ut unusquisq; possessor de propria terra de uno Arpẽnæ, unam amphorã uini ad partẽ regis daret, et de lugere modiũ unũ, unde populus ualde oppressus uociferabãtur ad dñm, Immisit aũt dñs plagã in domo regis, & ipse egrotari cœpit, et duo filij eius mortui sunt. Rex perterritus descriptiones cõbussit, & tributũ indulsit. Post hoc cognouit uxorẽ suam quæ peperit filium, quem appellauit Clotharium. Hic fuit postea rex magnus.

Thesauros duos Tiberius repperit.

Aurei singularum librarum.

Gregorius papa.

Pelagius papa.

Lex de uinearũ cultoribus. Gallicũ est.

MAVRICIVS AVG.

Anno dominicæ incar. D XVII. Mauricius regñ. annos XX. Hũc, Tiberius sẽtiens sibi diẽ mortis imminere, una cũ cõsilio Sophiæ Augustæ ad imperiũ elegit, ornataq; sua filia regalibus ornamẽtis eã tradidit, & cũ ea omne ĩperiũ Langobardi cũ per annos X. sub potestate ducũ fuissent, regem super se statuunt Otharĩũ filiũ Clephonis, quem etiã ob dignitatẽ Flauiũ appellauerunt. Quo p̃nomine Longobardorũ reges usi sunt, Duces q; tunc erãt ob restaurationẽ regni, oĩm substantiaq; suarũ medietatem regalibus usibus tribuũt, ut esse posset unde rex ipse, siue q; ei aderant, per diuersa officia alerentur. Mauricius Imperator Childeberto regi Francorum, quĩquaginta milia solidorũ p̃ suos legatos direxit, petens, ut Langobardos de Italia exterminaret. Qui cum Francis Italiam intrat, Langobardi munera tribuunt, & pacem cum eo faciunt, Imperator solidos requirit, sed ille suarum uirium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddidit. Idem Childebertas bellum aduersus Hispa-

Authariꝰ aꝰ.

Flauii Langobardorum regis dicti.

sus Hispanos gerẽs, eorũ acies superauit. Causa huius certaminis ista fuit. Childebertus Ingundem sororem suã Herminigildo Leuigildi Hispanorũ regis filio, in coniugium tradiderat, qui Herminigildus prędicatione Leãdri epi Hispalensis, atq; adhortatione suæ coniugis, ad Catholicã fidem cõuersus fuerat, quẽ pater impius, in ipso sacrato Paschali die securi pcussit. Ingundis post mariti mortẽ, cum in Gallias repedare uellet, à Pyratis tenet, atq; in Siciliam deducitur, ubi & moritur. Filius eius Imperatori est trãsmissus. Eo tẽpore fuit aquæ diluuium in finibus Venetiarũ, et Liguriæ, seu in cæteris regionibus Italiæ, quale post Noe tempus creditur nõ fuisse. Sed secuta est statim pestis Inguinaria, quæ tanta strage populum deuastauit, ut de inæstimabili multitudine pauci remanerẽt. In hac tribulatiõe Gregorius à cunctis generaliter papa electus ẽ, & in Pontificali cathedra sublimatus. Per idẽ tempus idẽ Gregorius papa Augustinum, & Mellitũ, & Ioannem cũ alijs plurimis monachis timentibus deũ, in Britãniam misit, eorũq; prædicatiõe ad xp̃m Anglos conuertit. Racharedus rex Gothorum, frater Herminigildis martyris, per prædicationẽ Leandri epi, ad fidem Catholicã cõuertitur. Gens Anglorum ad xp̃m conuertitur, Edilbertus rex eorũ baptisatur.

Lean der episcopus.

Ingundis moritur.

Inguinaria pestis.

Gregorius papa.

Angli & Gothi ad fidem uersi.

Gregorius papa libros regulæ pastoralis, quos in epatus sui exordio scripserat, libros etiã, quos in expositione beati Iob iam dudũ Constantinopoli fecerat, supradicto Leandro epo mittit, cui etiã pallium ex benedictione sancti Petri dirigit.

Mauricius imperator legationẽ ad Childebertũ regẽ dirigit, mandãs ei, ut qd̃ prius nõ fecerat, nunc adipleret, ut Langobardos ab Italia remoueret, qui exercitum in Italiã direxit, & cõmissa pugna cũ Lãgobardis, Francorũ acies grauiter atrite sunt. Abrincatis, Paternus eps ciuis Pictauiensis nitescit.

Flauius rex Otharius, Theodelindam Garibaldi Baioariorũ ducis filiam, i cõiugiũ accepit. Childebertus iterato in Italiã exercitu Francorũ, cum XX. ducibus, ad bellandũ Langobardorum aciem direxit. Qui per tres mẽses Italiã peruagantes, plurima castra deposuerũt, & innumerabilẽ multitudinem captiuorum inde abduxerunt, Regẽ autem Otharium habere nõ potuerunt, q intra Ticinensem urbem se cõtinuerat exercitus. quia tempus æstiuũ erat propter incõsueti aeris incõmoditatem, Dissenteriæ morbo grauiter fatigabatur, & ob id in patriam redire cõpellitur. Tassilo super Bauariam à Childeberto dux constituitur. Otharius rex ad Guntrãnum regem patruũ Childeberti legatos misit, ut per eius nutum, pax inter Childebertum & Otharium firmaret. Erat autẽ iste rex pacificus, omni bonitate ornatus. Is cum quodã die uenatum in siluã isset, &, ut solet fieri, hac illacq; discurrẽtibus socijs, ipse cũ uno fideli suo remãsit solus, & graui sõno depressus, capite ĩ gremio eius inclinato obdormiuit. De cuius ore paruũ aĩal egressũ, tenuem riuulũ, q prope discurrebat, transire moliebatur. Tuncis in cuius gremio qescebat, spatam suam eduxit, eicq; ex ea pontem fecit, per quem ad aliam transiuit partem, et in quoddam montis foramen ingreditur, & post paululum reuertitur, & per eandem spatam riuulum transiens, in os Guntrãni ingreditur, statimque à somno excitatus omne retulit sicut uidit. Is ĩ cuius gremio dormierat, cum rem per ordinem retulisset, effossus est locus, &

Authariꝰ aꝰ. Theodelinda.

Otharius.

Ex Guntrani sõnio reperti thesauri.

Ciborium alĩs.

ineſtimabiles ſunt reperti theſauri, de quo auro, miræ magnitudinis cœnobium fabricauit, & ſupra Corpus ſancti Marcelli martyris in ciuitate Cyballanis poni fecit. Neceſt uſquam ullum opus ex auro factum, quod huic ualeat comparari, Nec poſt multum tempus idem rex, cum theſauros ſuos eccleſijs ac pauperibus erogaſſet moritur, & in eadẽ Baſilica ſepelitur. Regnũ eius Childebertus, & filij eius obtinuerunt. Per idem tempus uenit ſanctus preſbyter Goar, ex Aquitania, et ĩ territorio Treuerenſi, in pago Trigorio ſuper ripam Rheni, & riuulũ qui Vuochara dicitur, Oratorium in honore ſanctæ dei genitricis cõſtruens, orationibus, eleemoſynis & prædicatione. Inibi inſiſtens, plenus uirtutibus in eodem loco quieuit. Circa hæc etiã tempora Hilpricus rex, inſidijs ſuæ coniugis Tradegundis, cũ de uenatione rediret interficitur, & Pariſius in Baſilica ſancti Vincẽtij ſepelitur. Clotharius adhuc puer à matre & Landerico, q̃ tunc maior domus erat, in regnũ ſublimatur. Audiẽs Childebertus Auũculũ mortuum, regnũ illius occupare nititur, & cũ ĩmenſo Francorũ & Burgundionũ iuxta Sueſſionẽ ciuitatem uenit exercitu, ubi eis Fredegundis cũ Landerico duce occurrit, & pugna commiſſa, exercitus Childeberti grauiter cæſus fugit. Poſt idẽ tempus Childebertus moritur, habebat autẽ duos filios, unũ ex concubina nomine Theodebertum, q̃ maior natu erat, Alterum ex Regina nomĩe Theodericũ. Huius regis maior domus fuit Arnulfus. Theodebertus regnũ pr̃is obtinuit, Theodericus regnum Guntrani. Idem Burgũdiã cũ auia ſua Brũichilde. Per idẽ tempus bellũ inter Clotharium & Theodericũ oritur ſuper fluuiũ Aroadi, tantaq̃ cædes de utroq̃ populo facta eſt, ut ipſe alueus de cadaueribus repletus magis cruorem, quam aquã fundere uideretur. In prædicto, ut aiũt, certamine, uiſus eſt angelus domini gladiũ euaginatũ tenens ſuper populũ. His temporibus ſanctus pater Colũbanus ex hybernia cum beato Gallo, & alijs ꝓbatiſſimis diſcipulis uenit in Burgundiã, ibiq̃ permittente rege Theoderico monaſteriũ, quod Luxomniũ dicitur, ædificauit. Exinde à Brunichilde fugatus, Alemaniã ingreſſus eſt, ibi ſanctum Gallũ diſcipulum ſuum reliqt. Ipſe uero in Italiam trãſiens monaſterium, quod Bouiũ dicitur, ædificauit, ubi & multorũ pater extitit monachorum. Per idem tempus rex Otharius moritur, & Agilulfus dux Taurinatius, accepta Theodelinda regina in cõiugium, ſuper Langobardos in regẽ eleuatur, quibus Gregorius papa de pace inter Lãgobardos & Romanos cõſeruanda, multa ſcribit. Prædictæ etiã reginæ quatuor libros, quos de uita ſanctorum cõpoſuit, tranſmiſit. Quem codicem dialogum id eſt duorum locutionum, quia eum colloquens cũ ſuo diacono Petro ediderat, appellauit. Per hanc reginam multum utilitatis eccleſia conſecuta eſt. Agilulfus cum Theoderico rege Francorum, perpetuã pacem facit. Cœnobium ſancti Benedicti abbatis à Lãgobardis noctu inuaditur, monachi Romã petierunt, ſecum Codicem ſanctæ regulæ, necnon põdus panis, & menſurã uini deferẽtes. Mauricius impator cũ filijs ſuis Theodoſio, Tiberio & Cõſtãtino, à Phoca q̃ fuit ſtrator Priſci patricij occidit.

Hilpericus rex Francorum, dolo coniugis interficitur

Landericus dux.

Childebertus moritur

Aaronna alĩs.

Maxima clades.

S. Colũbãus & Gallus.

Luxouium alĩs.

Bobium alĩs.

Rex Otharius moritur.

Agilulfus rex.

Theodelinda,

Cœnobiũ ſancti Benedicti iuadunt Lãgobardi.

Mauricius Impe. cũ filijs à Foca occidit.

Focas imperator.

Sabinianus papa.

Anno dñicæ incar. DXXXVIII. Phocas reg̃. ãnos VIII. Huius ſecundo anno Gregorius papa migrauit ad dominũ, cui in pontificatu Sabinianus ſucceſſit,

ceſſit, quo defuncto Bonifacius papa conſtituit. Hic obtinuit apud Focã principem, ut ſedes Romana caput eſſet omnium eccleſiarum, quia eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium eccleſiarum ſcribebat. Hic mẽſes VIII. et dies XX. in Cathedra reſidens, perrexit ad dominum.

Sedes Romana, hic primũ cepit eſſe caput Eccleſiæ.

Bonifacius.

In cuius loco iterum Bonifacius conſecratur. Hic petijt Focam, ut in ueteri ſano, quod Pantheon uocabatur, quod à Domitiano Cæſare fuerat conſtructum, eccleſiam ſibi conſecrare liceret, quod annuit Imperator. Poſt hũc Deus dedit, in pontificatu ſublimatur. Eleutherius Patricius, & Cubicularius Imperatoris, in Neapoli ciuitate interfecit Ioañ. tyrãnum. Perſæ, aduerſus rempublicam grauiſſima bella gerunt, & Hieroſolymam intrantes, uexillũ dominicæ Crucis aſportant. Anaſtaſius monachus illuſtre martyrium pertulit. Nam à Perſis multa pro Chriſto perpeſſus, ad extremum à Coſdroe rege eorum decollatus, cum alijs LXX. In francia inter Theodoricum, & Theodebertum fratres, inſtigante Brunichilda auia, grauiſſimum oritur bellum, eo q̃ Theodebertus non legitimus hæres regni diceretur, qa de pellice erat natus, & apud Tulpiacum caſtrum ſũmis uiribus decertatum. Theodebertus terga uertit, & Coloniam fugit, inde abſtractus, & à fratre attonſus, clericus efficitur, & non poſt multum ab eodem fratre trucidatur, & duo filij eius interficiuntur. Regna quæ prefati regis tenuerunt, in poteſtatẽ Clotharij tranſeunt. Brunichildis propter multa maleficia quæ perpetrat iuſſu Clotharij, equorum ĩdomitorum caudis religata diſcerpitur. Agilulfus rex Langobardorũ moritur, & Rodoaldus filius eius in regnũ ſtabilit̃.

Papa deus dedit.

Theodebertus à fratre trucidatur.

Brunichildis mors digna.

Agilulfus rex Lãgobardorum moritur.

Adaloaldus alĩs.

Anno dominicæ incarnationis DXLVI. Heraclius regnauit annos XXVI. Qui aduerſus Perſas bellum aggreſſus, occiſo Coſdroe rege eorũ, Perſas in deditionem accepit, & lignum ſanctæ Crucis Hieroſolymã, unde ſublatũ fuerat, cum magna ueneratione reſtituit. Bonifacius quintus, & Honorius Seuerinus, & Ioannes Romanam regunt eccleſiam. Heduinus rex Anglorum predicante Paulino epiſcopo, ad Chriſti fidem cum ſua gente conuertitur. Honorius papa Scotos in obſeruatione paſcę errãtes, per epiſtolam redarguit, ſimiliter & Ioannes ſucceſſor Seuerini facit. Per idem tẽpus fuit maior domus in palatio Clotharij regis, Arnulfus uir, ut poſtmodum claruit, Deo amabilis, qui poſt gloriam ſeculi, Chriſti ſeſeruitio ſubdens, mirabilis in epiſcopatu extitit. Huic Dagobertus filius Clotharij, in annis puerilibus poſitus, traditus eſt à genitore, ut eum ſecundum ſuam ſapientiam enutrire, eiq̃ tramitẽ Chriſtianę religionis oſtenderet. Hinc poſtquam ad uirilẽ ętatẽ peruenit, Sandrageſillũ ducẽ Aquitaniæ, & per Carũ cõſiliariũ patris, eo quod ſe quadã cõtumacia deſpiceret, uerberibus affecit, & barbæ raſione deturpauit. Quod cũ pater cognouiſſet eũ ad ſupplicia requirit. Ille furorem patris timẽs in Baſilicã ſanctorũ Dyoniſij & ſociorum eius cõfugit, eorũq̃ tutelã ſupplex expoſcit. Quorũ ſuffragãtibus meritis, à nullo potuit ĩde extrahi, quouſq̃ cõmiſſũ facinus pater indulgeret. Vnde & illũ potiſſimũ dilexit locũ Vbi poſtmodũ ingentia dona cõtulit, & numeroſa prædia dedit. Poſt hæc Dagobertus cũ Pippino duce in Auſtria regnaturus, à pr̃e dirigit̃, & ſancti Arnulfi Metẽſis epi conſilijs cõmendat̃. Rodoaldo Lãgobardorum rege mortuo, Rotharius eidem regno præficitur.

Arnolfus Metenſiũ epiſcopus.

Pædagogus.

Dagoberti in Comitẽ Aquitaniæ facius

Heraclionas.aug.

Anno dominicæ incarnationis DLXXII. Heraclionas filius Heraclij, cum matre sua Martina, regnauit annos II. Cyrus Alexandriæ, Sergius & Pyrrhus regiæ urbis episcopi, unã operationẽ in Christo diuinitatis, & hũanitatis, & unã uoluntatẽ dogmatisãt, et ob hoc à Theodoro papa, & alijs episcopis condẽnati sunt. Dagobertus filius Clotharij cum Saxonibus dimicans, grauiter ab eis uulneratus, patremq; per legatum uocat in auxilium, qui festinus cũ exercitu uenit, & interfecto eorum duce Bertaldo, ita Saxones armis perdomuit, ut omnis uirilis sexus eiusdem terræ incolas, qui gladij, quod tunc forte gerebat, longitudinem excessisset, perimeret. Circa hæc tempora Sinenandus, & post eum Chilitilla, in Hispania regnauerunt. Horum tẽporibus Synodus bis facta est in urbe Toletana, ubi plurima de fide catholica, & religione xp̃iana promulgata sunt, & scripto roborata. Sub his etiam regibus Isydorus, Hispalensis ecclesiæ episcopus floruit, nulli modernorum doctorum postponendus, qui multa de fide regulis, ecclesiasticisq; disciplinis disputauit. Post idem tempus coniunx regis, nomine Cæsarea, pro Christi amore, priuato habitu uenit Constantinopolĩ, & post aliquot dies baptisata, ab Augusto de sacro fonte leuata est. Quam uir eius requirens, cũ XL. militaribus uiris pacifice Gõstantinopolim uenit, à quo satis digne susceptus, cum omnibus quos secum adduxerat, baptisatus est, et ab Augusto de fonte leuatur, multisq; muneribus honoratus, accepta cõiuge ad patriã repedauit.

Heraclionas, aug.

Hæresis.

à Martino al's.

Berthulfo al's.

Saxonũ clades maxima a Francis.

Synodus ĩ Hispania

Isydorus.

Cæsarea regis Persarum coniunx.

LX. millib⁹ uiris al's

Constantius aug.

Anno dominicæ incarnationis DLXXV. Constantius filius Heraclij, cum fratre Heracliõe regnauit mẽsibus VI. Pyrrhi successor Paulus, nõ tãtum uesana doctria sicut prędecessores eius, sed et aperta persecutiõe catholicos cruciauit, ob hoc & ipse sicut prędecessores eius à sede apostolica dãnatus est.

Paulus patriarcha condemnatur.

Anno dñicæ incarna. DLXXVI. Constãtinus filius Constantij, filij Heraclij regnauit ãnos XXVIII. Hic à supradicto Paulo deceptus, hereticus efficitur. exposuitq; typum aduersus catholicã fidem, nec unã nec duas uolũtates aut operatiões in Christo definitas esse confitendas, quasi nihil uelle, nec operari, uel credendus potẽs sit deus. Vnde à Martino papa, & CL. episcopis sub anathemate dãnati sũt supra nominati episcopi. Hac dere idẽ Martinus papa in exiliũ mittitur, apud Cersonã, ibiq; moritur. Vbi etiã miraculorũ gloria fulget. Eugenius papa constituitur, quo uita decedente, Vitelliãus ĩ eius loco subrogatur. Rothario Langobardorũ rege mortuo, Grimaldus uir strenuus regnũ obtinuit. Per id tempus Clotharius rex Francorum moritur, & sub Vrbano Parisius in Basilica sancti Vincentij sepelitur. Dagobertus Monarchiam totius Imperij obtinuit, excepto quod fratri suo Heriberto contra Ligerim, & limitem quo tenditur partibus Vuasconiæ, pagum scilicet Tolosanum, Caturcinum, Aganensẽ, Petrogoricum, & Sanctonicum, uel qđ ab his uersus Pyreneos montes excluditur, cõcessit. Grimaldus rex Bertarit uirum potentem persequitur. Quem idem rex in sua fide suspiciens adulatorum, & detrahentium linguis stimulatus, dolo occidere meditatur, sed industria Hunoldi fidelissimi satellitis, per murũ Ticinensẽ depositus sune, ĩ Frãciã ad Dagobertum fugit, mortisq; periculũ euasit. Per id tẽpus Theodorus archiepiscopus, & Adrianus Abbas doctissimus à Vitelliano papa missi sunt in

Martinus papa ĩ exilio moritur.

Dagobertus rex Frãciæ.

Bertarit.

Theodorus monachus Cantuariensis episcopus.

sunt in Britanniã, plurimasq; ecclesias Anglorum, doctrinæ apostolicæ fruge fœcundarũt, è quibus Theodorus archiepiscopus peccantiũ indicia, quãtis scilicet annis pro uno quoq; peccato quis penitere debeat, mirabili & discreta consyderatione describit. his diebus Constantinus Augustus Italiam à Langobardorũ manu eripere cupiens, Constantinopolim egressus uenit Athenas, inde mare transgressus Tarentum applicuit, inde Beneuẽtum intrauit, omnesq; pene ciuitates Longobardorũ per quas uenerat cœpit. Luceriam usq; ad solum prostrauit. Deinde Beneuentum cũ omni exercitu circũdedit, ubi Romualdus filius Grymaldi se incluserat, Impator accepta obside prædicti Romualdi sorore, soluta obsidiõe, Neapolim proficiscitur. In de Romã perrexit, cui sexto ab urbe miliario Vitellianus papa cum sacerdotibus & populo Romano occurrit, qui obtulit beato Petro pallium auro textile, & manens apud Romã diebus XII. omnia quæ fuerant antiquitus instituta ex ære in ornamẽtum ciuitatis deposuit, in tantũ, ut etiã basilicam beatæ Mariæ quæ aliquando Pantheon uocabatur, discooperiret, tegulasq; æreas inde auferret. Post hæc Neapolim reuersus, itinere terreno perrexit ciuitatẽ Regiũ, ingressusq; Siciliã habitauit Syracusas, mãsit autẽ in Sicilia VI annos, ubi post plurimas & inauditas depdationes in balneo à suis extinctus est. post huius mortẽ Mezẽtius in Sicilia Regnũ arripuit, sed absq; orientalis exercitus uolũtate, cõtra quẽ Italiæ milites, alij p Histriã, alij p cãpaniã, alij uero à partibus africæ et Sardiniæ uenientes in Syracusas eũ uita priuarũt. Constantinopolim caput falsi impatoris deportatũ est. Hæc audiẽs gens Saracenorũ (quæiam ægyptũ & Alexandriam peruaserat) subito cum multis nauibus uenientes Siciliam inuadũt, Syracusas ingrediuntur, multamq; stragem faciunt populorũ, auferentes quoq; prædam nimiã & omnem illum, quem Constantinus à Roma sumpserat ornatum, in ære et diuersis speciebus, ad Alexandriam reuersi sunt.

Supplicijs al's.

al's in littore tyrrheno.

al's Rheginam.

Constantinus interficitur.

Mezentius.

al's Mercurius.

Anno dominicæ incarnati. DCV. Constantinus filius Constantini superioris augusti, regnauit annos XVII. Donus papa apostolicam sedẽ tenet. Quo defuncto Agatho, papa ordinatur. Constantinus Augustus CL. episcopos congregari fecit in urbe Regia inter quos etiam fuerũt Legati sanctæ Romanæ ecclesiæ, missi ab Agathone papa. Ioannes diaconus, & Ioannes Portuensis episcopus, q̃ omnes eãdem hæresim damnarũt, quæ unam operationẽ & uoluntatẽ in domino Iesu Christo asseuerabat. Ea hora tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, & per hoc significatum est, quod sordes hereticæ prauitatis depulsæ essent. Et Georgius quidẽ patriarcha Constantinopolitanus correctus est. ceteri uero in sua defensione perseuerantes, anathematis sunt ultione percussi. Recta autem fides et uera hæc est. ut in domino nostro Iesu Christo sicut duæ sunt naturæ, hoc est dei & hominis, sic etiã duæ credãtur esse uoluntates. His temporibus solis eclypsis facta est V. Noñ. Maij. moxq; subsecuta est grauissima pestis tribus mensibus, Iul. Aug. et Septem. tunc uisibiliter multis apparuit, quia bonus & malus angelus noctu per ciuitatem pergerent, & ex iussu boni angeli malus angelus, qui uidebatur uenabulum manu ferre, quotiens de uenabulo hostium cuiuscũq; domus percussisset, tot de eadẽ domo sequenti die homi

Constantinus Constantini nepos aug. Donus papa.

Constantinus aug. fecit concilium

Vera fides duas in Christo uoluntates operationes requirit.

Solis Eclypsis.

Pestis grauissima et duo Genij uisi sunt.

nes interirent. Per id tempus Dagobertus rex Arnulfum auunculum Heriberti fratris sui, propter infidelitatẽ suam interfici iussit, qui ab Amalgario & Arneberto ducibus, & Vuillibaldo patritio iterfectus est. post discessum igitur beati Arnulfi, adhuc cõsilio Pippini, qui maior domus dicitur, & Cuniberti põtificis Vlscolone, Dagobertus utens, ab ipsis fortiter ammonitus prosperitatis & iustitiæ amore complexus, uniuersarũ sibi gentiũ subditarũ fauoribus extollebatur. Habuit filiũ ex quadam puella nomine Regnidruda, quem frater eius Heribertus Aurelianus ueniens de sacro fonte suscepit. Nãq; dum eundẽ puerũ Amãdus episcopus catecuminum faceret, finita oratione, cum nemo respondisset amen, aperuit dominus os pueri, qui non amplius quãquadraginta dies habebat, & cunctis audientibus respondit amẽ. Vocatus est idẽ puer Sigibertus. Arnulfus episcopus & Romaricus, Abbatclari habentur. Eo anno legati regis Dagoberti, Seruatus & Paternus à Constantinopoli regressi sunt, peciitq; Imperator Dagobertũ, ut omnes Iudæos regni sui secundũ fidem catholicam baptizare præciperet, aut de regno expelleret. Siquidem in syderum signis cognouerat, quod à circuncisis gentibus diuino nutu, eius Imperiũ esset uastandum. Et rex quidẽ summo hæc peregit studio, sed Imperatori nõ de Iudæis, sed de Saracenis fuerat demonstratum. Post hæc Heribertus moritur, relinquẽs filium paruulum nomine Hilpricum, qui etiam paulo post moritur, Regnum ad Dagobertũ transit. Grymaldus rex Lãgobardorũ cũ Dagoberto pacis firmissime fœdus iniit. Quod cum profugus Bertarius cognouisset, metuẽs Grymaldum, egressus à Gallia ad Britanniam insulã properare disposuit. Interea Grymaldus moritur, cũq; iã Bertarius nauim ingressus, aliquantũ per pelagus nauigasset, uox à litore audita est, reuertatur Bertarius in patriam suam, quia tertius dies est hodie, quod Grymaldus rex mortuus est. Qui statim reuersus regnũ Langobardorum obtinuit, atq; Cunibertũ filium suum consortem regni facit. Agothone papa decedẽte, Leo iunior locum eius obtinuit. Post hunc Benedictus ordinatur. Dagobertus rex cum Sclauis congreditur, eosque superauit, quibus præerat tunc dux nomine Samo. Vuascones etiam rebellãtes ferro compescuit. Huni & Bulgares inter se prælia cõserunt, Huni Bulgares superant, qui deuicti & de Pannonia expulsi, nouem milia cum uxoribus, & liberis regem Dagobertum expetunt, terrã ad manendũ requirunt. Quos rex ad Heimandum & Baioariam recipere præcepit. Dispersosq; per domos omnes una nocte cũ mulieribus & liberis interficere fecit. Circa hæc tpa defuncto Sisebodo rege Hispaniæ, Sisenãdus quidã ex proceribus Dagobertum regẽ expetijt, ut ei auxilium ferret, quatinus regnũ Hispanię obtinere posset. in huius beneficij recompensatione missorium aurũ regi promittit, pẽsantem auri ponderaL. Rex exercitũ misit cum Habundantio, & Venerãdo ducibus, regnũq; uiribus Francorũ Sisenandus obtinuit. Missoriũ Gotthis contradicentibus, non transmisit. Sed ducenta millia solidorũ, pro missorio regi Dagoberto persoluit. Quod argentum rex sancto Dionysio dedit. Edildrudis regina & uirgo apud Anglos clara habetur. Gens Saracenorum ex Aegypto in Africã cum nimia multitudine pergens, obsessam Carthaginem cœpit, & crudeliter depopulatã ad solum usq; prostrauit.

Anno

Alij ex Nanthilde uxore genitũ uolũt.

Sigibertus puer in baptismo locutus. Amen.

Iudæos aut baptizãdos aut expellẽdos.

Heribertus frater Dagoberti moritur cum filio.

Betrarit al's.

Grimaldus moritur.

Hunni Vulgaros superant.

Dagoberti crudelitas in Bulgaros.

Missorium aurum.

Anno dominicæ incarnationis DCXII. Iustinianus minor, filius Constantini regnauit annos X. Ioannes, Conon & Sergius Romanam regunt ecclesiam. Chilianus episcopus Vurtzburgensis. Arnnal eius discipulus clarescit. Iustinianus Africam à Saracenis abstulit, & cum eisdem pacẽ, terra mariq; fecit. hic Sergium Pontificem, quia in errorem illius synodi quam Constantinopoli fecerat, fauere & subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo, Constantinopolim deportari iussit, sed militibus repugnantibus, iussa principis perficere non potuit. Adalgisus tyrãnus, dux Tridentinæ ciuitatis, adnitentibus Aldone & Grausone Brixianis ciuibus, et alijs multis ex Langobardis, cõtra Cunibertum regem debellat, eumq; de regno expulit, sed resumptis uiribus Cunibertus præfatum tyrannum in prælio interfecit. Dagobertus rex, Mettis ueniens in consilio Pontificum & Procerum, filium suũ Sigibertũ in regno Austriæ sublimat, cũq; Cuniberto episcopo colonensis ecclesiæ, & Pippino duci cõmendat. sequenti anno ei filius natus est, cui regnum Neustriacum, atq; Burgundiæ dandũ post suũ discessum nominauit. post hæc idem Dagobertus moritur, & in basilica sancti Dionisij sepelitur, fuit aũt prouidus in consilio, cautus in iudicio, strenuus in militari disciplina, largus in eleemosynis, studiosus in cõponẽda pace ecclesiarũ, et præcipue deuotus in ditãdis sanctorũ cœnobijs. q quãuis oĩa loca sancta excoluisset, tamen prę cæteris monasteria sanctorum Dionisij, Martini, atq; Mauricij excoluit, & omnia ecclesiastica dignitate nobilitauit. Regnũ eius sicut ipse uiuẽs diuiserat, filij eius tenuerũt. Ega maior domus cum Nautilda regina, regnũ Cl[illegible]ouei administrat. circa hæc tẽpora cum in castro Cassino uasta solitudo ex[illegible]steret, uenientes de Celimanicorum uel Aurelianẽsium regiõe, Franci uenerabilis patris Benedicti, eiusq; Germanæ Scolasticæ, corpora auferunt, & in suã patriam asportant. Corpus sancti Benedicti in territorio aurelianensi, in monasterio quod uocatur Floriacus, sepultum est. Porrò sanctæ Scolasticæ in partibus Cenomanẽsium religiosorũ deuotione conditũ. rege Cuniberto mortuo, de regno Langobardorum inter principes magna fit controuersia, plurimi interficiuntur, non nulli excęcantur. Mulieres etiam quæ se reginas fore iactauerant, naso & auribus abscisis deturpantur, ad Extremum Heribertus dux Taurinensiũ regnum obtinuit.

Iustinianus iu.

S. Chilianus.

Protospatarius. Alachis al's.

al's Austrasiæ.

Dagobertus mori.

Erckenualdus al's.

S. Benedicti translatio & Scholasticæ.

Anno dominicæ incarnationis DCXXII. Leo Augustalem dignitatẽ arripiens, Iustinianũ regno priuauit, eumq; exulem in põto seruauit, regnumq; Romanorum tribus annis rexit. Sergius papa in sacrario beati petri apostoli, magnam portionem ligni dominicæ crucis reperit, que extempore illo ab omni populo in basilica Constantiniana, die exaltationis eius osculatur ac adoratur. in Britanniam Cunibertus Lindisfranensis ecclesiæ episcopus clarus habetur. in gallijs Audoenus Rotomagẽsis, Cligisus Nouigensis, Sulpitius Bituriacensis episcopi clari habentur. His etiã temporibus uenerabilis uir Vuillibrordus, cognomento Clemens, de Britãnia gentis Anglorum, ob gratiam Euangelij in Galias transiens, à Sergio papa episcopus Frisonum consecratur, atq; in eandem gentem ad prędicandum dirigitur. Tiberius regnauit annos septem. Hic cõtra Leonem insurgens, regnũ eius inuasit,

LEO AVG. Iustiniano abiecto.

Tiberius iij. aug.

Clodoueus mori. Concilium contra Hæreticos.

Lampertus episcopus occiditur.

Iustinianus secundo Imperium occupat. Leo Imperator occiditur.

Philippicus fit aug. occiso Iustini. fecũ. Iustinianus naribus detruncatus a Leone.

Anſprandus rex Lango.

Carolus rex Fran.

inuasit, eũq; toto quo ipse regnauit tẽpore, in eadem ciuitate in custodia tenuit. Gisulfus dux, Beneuentũ & cãpaniam igne, gladio & captiuitate uastauit. Ioannes Romanam regit ecclesiã, Hic uniuersos captiuos quos Gisulfus cœperat redemit, atq; Langobardos domum redire fecit, cui successit alius Ioãnes. Clodoueus rex, corpus beati Dionysij discooperiẽs minus religiose, licet cũpide, os bracchij eius fregit & rapuit, cõfestimq; stupefactus in amentiã incidit, & post duos annos uitã cũ regno finiuit. Hoc tẽpore Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei, quintũ uniuersale cõcilium suscipere diffidit. Quæ synodus facta fuerat tẽporibus Vigilij papæ, contra Hæreticos qui beatã Mariã solum hominẽ, nõ deũ & hominẽ genuisse affirmabant, in qua synodo catholicæ institutũ est. ut Maria semper uirgo θεοτόκος diceretur, quia nõ solum hominem, sed uere deum & hominem genuit.

Ea ætate claruit Lambertus Tungrensis ecclesiæ episcopus, qui dũ regiam domũ zelo religionis accensus increpasset, ab iniquissimo Dodone, & alijs uiris de palatio missis, inprouise conclusus intra domũ ecclesiæ, in Leodio uico occiditur.

Anno domini. incarna. D CXXXII. Iustinianus secundo cum Tiberio filio regnauit annos VI. hic regnũ rursus recipiens, eos qui se expulerant patritios, occidit. Leonẽ q̃q; & Tiberium qui locũ eius usurparãt, cœpit. Et in medio circo corã omni populo iugulari præcepit. Gallicinũ uero patriarchã Constantinopolitanũ erutis oculis Romam misit, Cyrumq; abbatem, qui eum in ponto exulem aluerat, episcopum in loco gallicini constituit. Sisinnius et Constantinus Romanam regunt ecclesiã, Hunc Constãtinum ad se uenire iubens Iustinianus, honorifice suscepit ac remisit, quẽ prostratus in terra, pro suis peccatis ĩtercedere rogãs, cũcta ecclesiæ priuilegia renouauit. Qui cum exercitũ in pontum mitteret ad comprehedum Philippicum, quem ibi relegauerat, multum eum idem papa prohibuit, sed tamẽ inhibere non potuit. Exercitus qui missus contra Philippicum fuerat, ad partem eius se contulit, & eum imperatorem facit qui Constantinopolim contra iustinianum ueniens, cum eo aburbe miliario duodecimo pugnauit, & eum occidit, regnũq; adeptus est. Imperauit autem, ut præmissimus, hac secunda uice VI. annos, quem Leo in expulsione ipsius, naribus detrũcauit. Qui post iterum assumpto imperio, quoties defluentem guttã rheumatis manu deterst, penè toties aliquem ex his, qui contra eum fuerant, iugulari præcepit. Dum hæc in oriente agũtur, Anſprandus qui apud Baioariam IX. exulauerat annos, cum Baioarijs italiam uenit, pugnauitq; cum Ariberto rege, qui dum in Franciam fugere uellet, Ticinum fluuium ingressus, cum equo transnatare conatus est, sed quia auro grauatus erat, aquis suffocatus extinctus est. Anſprandus regnum obtinuit III. tantũmodo menses. Post cuius interitum Luitprandus filius eius in regali cõstituit solio. Apud Francorũ quoq; gentẽ Pippino uita exempto, eius filius Carolus in principatu successit. Licet p multa bella & certamina de manu Raginfridi, eundem principatum sustulit. Nam cum in custodia teneretur, diuino nutu ereptus aufugit, ac primum contra Raginfridum, cum paucis bis terq; certamen iniit, ad extremũ eum apud Vinciacũ magno certamine superauit, Cui tamen unã ut ferunt, hoc est Andaga-

est, Andaganãsem ciuitatem ad habitandum concessit, cunctam uero Francorum gentem ipse gubernandam suscepit.

PHILIPPICVS. AVG.

Anno Domi. incar. D CXLVIII. Philippicus regnauit annũ unum, & menses VI. hic postquam imperiali dignitate confirmatus est, Cyro de pontificatu abiecto, ad gubernandum monasterium suum, in pontũ redire cœpit. Hic Cõstantino papæ literas prauí dogmatis direxit, quas ille respuit, statuitq; populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomẽ, aut chartas aut figuram solitas susciperent. Contra hunc Anastasius qui & Arthemius dictus est, insurgens eum regno expulit, oculisq; priuauit.

ANASTASIVS. Alĩs Arthemius cæ.

Anno do. incarnatio. D CL. Anastasius regnauit annos III. Hic literas Constãtino papæ per Scholasticũ patricium, & Exarcham italiæ direxit, quibus se fautorem catholicæ fidei & concilij prædicatorem esse declarauit. Defuncto Gisulfo duce Beneuentano, Romaldus filius eius locum eius obtinuit. Circa hæc tempora Petronax ciuis Brixianæ urbis, diuino amore compũctus, castrum Cassinũ petijt, & monasteriũ sancti Benedicti quod iam tunc. C & X. annos destructum manebat, reædificatũ multorumq; monachorũ pater ibi extitit. Gregorius papa constituitur, hic Bonifacium ex Britannia ortũ, episcopum ordinauit, & per eum in Germaniam uerbũ salutis prædicauit, & gentem illam sedentẽ in tenebris euangelica luce illustrauit.

Petronax.

Germani ad fidem uersi.

Carolus princeps contra Ratbodũ Regem Frisonum, multa certamina conserit. Qui tyrannus diuino nutu percutitur anno præfati principis IIII. regni sui, pugnauit idem Carolus aduersum Saxones, eosq; uicit.

Rappotum alĩs.

Anastasius Imperator classem in Alexandriam contra Saracenos direxit, Exercitus de medio itinere reuersus. Theodosium imperatorem elegit, atq; coactum in solio imperij confirmauit. Qui Theodosius apud Micenas ciuitatem Anastasiũ graui prælio uicit, septẽ millia de exercitu ceciderunt. Datoq; sibi sacramento, eum clericum fieri, & presbyterum fecit ordinari.

THEODOSIVS III. imperator a militibus coactus. Niceam alĩs.

Anno domini. incarna. D LIIII. Theodosius regnauit annum unum, hic postquam regnum accepit, mox in Regia urbe imaginem illã, in qua sancta synodus erat depicta, et à Philippo erat deiecta, pristino in loco erexit. His diebus ita Tyberis fluuius inũdauit, ut ultra alueũ suum egressus, multa Romanæ fecerit exitia ciuitati, ita utin uia lata ad unã & semis staturam excresceret, atq; à porta sancti Petri usq; ad pontem Miluiũ, aquæ se descendentes coniungerent.

Tyberis inundatio.

Anno dominicæ incarna. D CLV. Leo regnat annos IX. his temporibus Saracenorũ gens cum inmenso exercitu ueniens, Constantinopolim circundedit, ac per continuũ triennium obsedit, donec ciuibus multa instantia ad deum clamantibus, plurimi eorum famę, frigore, bello, pestilentiaq; perirent, ac sic partes obsidionis abscederent. Eorũ maxima multitudo tempestate in mare perijt, intra Constantinopolim uero tempore obsidionis CCC. millia hominũ pestilentia & famæ interiere. Luitprandus rex ossa sancti Augustini episcopi à Sardinia transtulit, & in urbẽ Ticinensem cũ debito honore sepeliuit.

LEO III AVG.

Constantinopolis obsessa a Saracenis.

S. Augustini translatio.

sepeliuit. idem rex Rauennam obsedit, classem inuasit atq; destruxit. Carolus prīceps X. anno regni sui cum Baioarijs pugnauit, eosq; uicit. Idem rex quitodecimo anno regni sui Alemanniā ingressus, cōtra Lantfridū dimicauit, & sibi eādem gētem subiecit. Sextodecimo anno regni sui Vasconiam ingressus, Eudonem ducem Aquitaniæ bello perterruit. XVII anno Saracenī ex Hispania cum uxoribus & paruulis uenientes, Aquitaniā Galliæ prouinciam quasi in ea habitaturi intrant, Carolus quidem ut dictum est cum Eudone Aquitaniæ Principe tunc discordiam habebat, qui tamen in unū se coniungentes, contra eosdem Saracenos pari consilio dimicarunt. Nāirruentes Franci sup eos, CCCI.XXV. millia ex eis interfecerūt. Eudo quoq; super eorū castra irruens, pari modo multos interficiēs, omnia deuastauit. Mille tm̄ Quingēti ceciderūt ex Frācis, ut in epistola ab Eudone missa Gregorio papæ de eadem uictoria cōtinetur. Ea tempestate Leo Imperator sanctorum imagines depositas incendit, Romanoq; pontifici Gregorio similiter facere, si suam uellet habere gratiam, mandauit. Sed Pōtifex hoc facere contempsit. Omnes quoq; Rauennæ exercitus uel Venetiarum, talibus iussis uno aīo restiterūt, & nisi Pontifex eos prohibuisset, alium Impatorē sup se cōstituissent. Per id tēpus Luitprandus rex, castra Acmiliæ, Foromanū & Pētapolim Auximiūq; inuasit, sed post aliqs dies Romano pontifice elaborāte Romanis reddita sunt. Leo augustus ad peiora progressus est, ita ut cōpelleret omnes Cōstantinopolim habitantes, tam ui quā blandimentis sanctorum imagines deponere, & quascunq; inuenire potuit, in media ciuitate concremauit. Et quia plericq; ex populo tale scelus fieri prohibebant, aliquāti ex eis capite truncati, alij parte corporis mutilati sunt, cuius errori Germanus patriarcha non consentiens, à propria sede depulsus est, & eius in loco Anastasius presbyter ordinatur. Circa hæc tempora Carolus princeps Pipinum filium suū ad Luitprandum regem direxit, ut eius iuxta morem Capillum incideret, qui eius Cæsariē incidens, ei pater effectus est, multisq; eū ditauit regijs muneribus, & genitori remisit.

Imagines sanctorū incensæ.

Sanctorū imagines incensæ iterum.

Carolus XVII. anno regni sui cū exercitu in Vuestrachiā uenit, eamq; suæ ditioni subiecit. anno XX. regni sui, iterum cum ualida manu Vuasconiam ingressus est, et Eudonem regno simul & uita priuauit, sequenti anno contra filios eiusdem Eudonis dimicauit.

Anno XXII regni sui, Saracenorū exercitus rursum in Gallias introiens, multam deuastationem fecit, cōtra quos Carolus nō longe à Narbona bellum cōmittens, eos sicut & prius maxima cede prostrauit.

Anno XXIIII. regni sui, iterato Sarraceni Gallorū fines ingressi, usq; ad prouinciam uenerunt, & capta Arelate, omnia circunquaq; demoliti sunt. tunc Carolus ad Luitprandum regem mittens, auxilium contra Sarracenos exposcit, qui nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu in eius aditorium properauit, quo cōperto gens Saracenorū mox ab illis regionibus aufugit

Carolus moritur. Anno XXVI. regni sui, Carolus bellicosissimus & uictoriosissimus princeps Francorum moritur. fiunt igitur ni fallor, anni ab incarnatione domini cō putati à

putati à quadragesimo secundo anno Imperij Octauiani, usq; ad ultimū Leonis Augusti annum, qui temporibus Caroli principis regnasse cognoscitur. DCCXVIII. Menses III. Dies II.

Discordant in supputatione temporū hystorici.

Discernamus etiam si placet eosdem annos domini, per tempora pontificum Romanorum, & uideamus quomodo sibi tempora principū, & præsulum adinuicem comparata, respondeant.

Beatus Petrus Apostolus Romæ in episcopali Cathedra sedit annos XXV. Menses II. Dies II.

Linus sedit	Annos	XI.	Men.	III.	Dies	XIII.
Cletus sedit	Annos	XII.	Men.	I.	Dies	XI.
Clemens sedit	Annos	IX.	Men.	II.	Di.	X.
Anacletus sedit	Annos	IX.	Men.	II.	Dies	X.
Eucharistius se.	Annos	IX.	Men.	X.	Dies	X.
Alexander sedit	Annos	X.	Men.	VII.	Di.	I.
Sixtus se.	Annos	X.	Men.	II.	Di.	I.
Thelophorus se.	Annos	XI.	Men.	III.	Dies	XXI.
Iginus sedit	Annos	IIII.	Men.	III.	Di.	III.
Pius sedit	Annos	XIX.	Men.	IIII.	Di.	III.
Anicetus sedit	Annos	XI.	Men.	IIII.	Dies	III.
Sother sedit	Annos	IX.	Men.	VI.	Dies	III.
Eleutherius sedit	Annos	XV.	Men.	III.	Dies	II.
Victor se.	Annos	X.	Men.	II.	Dies	X.
Zepherinus se.	Annos	VIII.	Men.	VI.	Dies	X.
Calixtus sedit	Annos	VI.	Men.	II.	Dies	X.
Vrbanus sedit	Annos	IIII.	Men.	X.	Dies	XIII.
Pontianus sedit	Annos	IX.	Men.	V.	Dies	II.
Antherus sedit	Annos	XII.	Men.	I.	Dies	XII.
Fabianus se.	Annos	XIIII.	Men.	XI.	Dies	XI.
Cornelius sedit	Annos	II.	Men.	II.	Dies	II.
Lucius sedit	Annos	III.	Men.	III.	Dies	III.
Stephanus sedit	Annos	VII.	Men.	V.	Dies.	II.
Sixtus sedit	Annum	I.	Men.	X.	Dies	XXIII.
Dionysius se.	Annos	VI.	Men.	II.	Dies	IIII.
Felix sedit	Annos	IIII.	Men.	III.	Dies	XXV.
Eutichianus se.	Annum	I.	Men.	I.	Di.	I.
Gaius sedit	Annos	XI.	Men.	IIII.	Dies	XII.
Marcellinus se.	Annos	IX.	Men.	IIII.	Dies	XXV.
Marcellus sedit	Annos	V.	Men.	VII.	Dies	XXII.
Eusebius sedit	Annos	VI.	Men.	I.	Dies	III.
Melchiades se.	Annos	IIII.	Men.	o.	Di.	o.
Siluester sedit	Annos	XXIIII.	Men.	X.	Dies	X.
Marcus sedit	Annos	II.	Men.	VIII.	Dies	XX.
Iulius sedit	Annos	XV.	Men.	II.	Dies	VI.
Liberius se.	Annos	VI.	Men.	III.	Dies	IIII.

Felix ſedit	Annum	I.	Men.	III.	Dies	II.
Damaſus ſe.	Annos	XVIII.	Men.	III.	Dies	XII.
Siricius ſedit	Annos	XV.	Men.	o.	Di.	o.
Anaſtaſius ſedit	Annos	III.	Men.	o.	Dies	X.
Innocentius ſe.	An.	XV.	Men.	II.	Dies	XXI.
Zoſimus ſedit	An.	I.	Men.	III.	Di.	XI.
Bonifacius ſe.	An.	III.	Men.	VIII.	Dies	VII.
Celeſtinus ſe.	An.	VIII.	Men.	X.	Dies	XVII.
Sixtus ſe.	Annos	VIII.	Men.	o.	Di.	XIX.
Leo ſedit	Annos	XXI.	Men.	I.	Dies	III.
Hilarius ſedit	Annos	VI.	Men.	III.	Di.	X.
Simplicius ſe.	Annos	XV.	Men.	I.	Di.	VII.
Felix ſedit	Annos	VIII.	Men.	XI	Dies	XVIII
Gelaſius ſedit	An.	IIII.	Men.	VIII.	Dies.	XVIII.
Anaſtaſius ſe.	Annos	I.	Men.	XI.	Dies	XXIIII.
Symachus ſe.	Annos	XV.	Menſes	VII.	Di.	XXVII.
Hormiſda ſe.	Annos	IX.	Men.	o.	Di.	XVII.
Ioannes ſe.	Annos	II.	Men.	IX.	Di.	XVI.
Felix ſedit	Annos	IIII.	Men.	II.	Dies	XIIII.
Bonifacius ſedit	Annos	II.	Men.	o.	Di.	XXVI.
Agapitus ſe.	An.	I.	Men.	XI.	Dies	XVIIII.
Siluerius ſe.	An.	I.	Men.	V.	Di.	XI.
Vigilius ſe.	Annos	XVIII.	Men.	VI.	Di.	XXVI.
Pelagius ſe.	Annos	XI.	Men.	X.	Dies	XVIII.
Ioannes ſedit	Annos	XII.	Men.	XI.	Dies	XXVI.
Benedictus ſe.	An.	IIII.	Men.	I.	Di.	XXVIII.
Pelagius ſe.	Annos	X.	Men.	II.	Dies	X.
Gregorius ſe.	Annos	XIII.	Men.	VII.	Dies	X.
Sabinianus ſe.	An.	I.	Men.	V.	Dies	IX.
Bonifacius ſe.	Annos	VIII.	Men.	o.	Dies	XXII.
Honorius ſe.	Annos	XII.	Men.	XI.	Dies	XIII.
Seuerinus ſe.	An.	o.	Men.	II.	Dies	IIII.
Ioannes ſe.	An.	I.	Men.	IX.	Dies	XVIII.
Theodorus ſe.	Annos	VI.	Men.	V.	Dies	XVIII.
Martinus ſe.	An.	I.	Men.	I.	Dies	XXVI.
Eugenius ſe.	An.	I.	Men.	VIII.	Dies	XXIIII.
Vitellianus ſe.	An.	VI	Men.	o.	Di.	o.
Adeodarus ſe.	Annos	IIII.	Menſes	II.	Dies	V.
Donus ſedit	An.	I.	Men.	V.	Dies	X.
Agatho ſedit	An.	II.	Men.	VI.	Dies	IIII.
Leo ſedit	An.	I.	Men.	X.	Dies	XXII.
Benedictus ſe.	An.	o.	Men.	X.	Dies	XII.
Ioannes ſe.	An.	I.	Men.	o.	Di.	IX.
Conon ſe.	An.	o.	Men.	XI.	Dies	o.
Sergius ſedit	Annos	XIIII.	Men.	VIII.	Dies	XXIII.

Ioannes ſedit	Annos	III.	Men.	II.	Dies	XII.
Ioannes ſedit	Annos	II.	Men.	VI.	Di.	o.
Siſinius ſedit	An.	o.	Men.	o.	Di.	XV.
Conſtantinus ſe.	An.	VII.	Men.	IX.	Dies	XI.
Gregorius ſedit	Annos	XVI.	Men.	IX.	Di.	XXV.
Gregorius ſe.	Annos	X.	Men.	IX.	Dies	XI.
Zacharias ſedit	Annos	X.	Men.	III.	Di.	XIIII.

Fit ergo, ut arbitramur, ſumma horũ à temporibus beati Petri apoſtoli, uſq; ad Zachariam papam, qui principio regni Pippini Romanã gubernat eccleſiã. An. DCCCIII. Menſes VIII. Dies XXVI. Quibus ſi addamus quindecim An. Octauiani. XXIII Tiberij. III Caij. ſimiliter III Claudij, quia IIII. Claudij anno Petrus Apoſtolus Romam uenit, & ipſe iam annus in pontificatu eius computatur, colliguntur anni DCCXLVII. ſupercreſcunt itaq; anni pontificum, annos principum Romanorum XXIX annos. Quid horũ potius ſequendum ſit, prudens lector uideat. Illud tamen pro certo ſcimus quod nec Auguſtorum, nec Antiſtitũ numerus annorũ cyclis Dionyſij cõcordat, ſiquidẽ in alio plus, in alio minus inuenitur. Nam ſecundũ Dionyſium Anno dominicæ incarnatio. DCCXLI. Carolus princeps moritur, & Pippinus ſuſcepit principatum, poteſt autẽ fieri ut uicio ſcriptoris numerus ſit deprauatus annorũ. Hæc iccirco ab ipſo incarnationis domini anno exordiũ capientes, uſq; huc prædiximus. ut quia ſequens libellus à noſtra paruitate æditus, per eiuſdem incarnationis dominicæ annos tempora principum & geſta declarat. iſte nihilominus quo tempore, quo loco, uel quid ſub uno quoq; principe actũ ſit, ſummatim demonſtrat. Triumphos quoq; ſanctorũ Martyrium, confeſſorum, quibus in locis, uel ſub quibus regibus coronã gloriæ perceperũt, nominatim aperiet. Igiſ ubi iſte finiſ, ille cõſequenter initiũ capiat, & ubi ille incipit, iſte finẽ forciat. Primi Libri Finis.

S. Petrus quando uenerit Romam.

Ex Eutropio et Paulo Vuarnefridõ ferme omnia ſumpſit & in primum congeſſit librum.

CHRONICORVM REGINONIS DE ORIGINE GENTIS ET REGVM FRANCORVM LIBER SECVNDVS.

Anno domini incarna. DCCXLI. Carolus filius Pippini, maior domus, & bellicoſiſſimus dux Francorum defunctus eſt.

Anno domi. incar. DCCXLII. Carolomanus & Pippinus filij eius, duxerunt exercitum cõtra Hunoldum ducẽ Aquitanorum, et cœperunt caſtrũ quod uocaſ Lucas, & in eodem itinere diuiſerunt regnũ Francorũ inter ſe, in loco qui dicitur uicus Pictauis. poſt hæc Carolomanus eodem anno Alemaniam cum exercitu uaſtauit.

Anno do. incar. DCCXLIII. Carolomanus & Pippinus cõtra Odilonẽ ducẽ Baioariorũ duxerũt exercitũ, & inierunt pugnã, & uictores effecti. Carolomanus abſq; fratre in Saxoniã prexit, et cepit caſtrũ qd dicit Ochſenbrug

per placitū & pacis conditionem, & Theodericū Saxonē obsidem accepit qui sacramentis datis, in patriā dimissus est redire, sed post habito sacramento fefellit.

Bellum Frācorum in Saxones.

Anno dominicæ incar. DCCXLIIII. iterum Carolomanus & Pippinus Saxoniā cum exercitu ingressus, & rursus captus est supradictus Theodericus.

Carolomanus factus monachus.

Anno dominicæ incarna. DCCXLV. Carolomanus cōfessus est suo Germano Pippino, quod mente disposuisset mundum relinquere, & pro amore dei regnum terrenum deserere, ut in futura uita centuplicatam reciperet possessionem. Et in hoc anno nullam fecerunt expeditionem, sed præparauit se Carolomanus ad id, quod decreuerat. Et Pippinus ut Germanum suum ad locum honorifice cum muneribus, & debita munificētia prosequeretur. Carolomanus rex Romam pergēs, & in monachali habitu uitam finiuit.

Soracte al's.

Anno dominicæ incarnatio. DCCXLVI. Carolomanus Romā perrexit, ibiq; se totondit, & in Sarapte monte monasterium ædificauit, in honore sancti Syluestri, ibiq; aliquod tempus moram faciens, exinde ad sanctum Benedictum in Cassinum usq; peruenit, & ibi monachus effectus est. Fertur autem de sancto uiro exemplū memorabile. Cum adhuc Romæ positus in monasterio quod sibi ædificauerat, ab omnibus propter regiā nobilitatē, & quod maius est, propter contemptum regni terreni, & gloriā præsentis seculi, ueneraretur, & laudibus extolleretur, timens uir deo plenus fauorem laudis humanæ, qui tanta pro Christo reliquerat, fugā magis arripere dispositi, quā uanæ gloriæ subiacere. Et hoc tantūmodo uno fido socio confessus est, quē ab infantia in oībus fidelē probauerat, cum eo noctu omnibus aufugit insciis, & ad Cassinū montem usq; peruenit, nihil secum portās ex omnibus bonis quæ corpori erant necessaria. nudus Christū secutus est. Et iuxta morem portam monasterij pulsans, colloquiū patris monasterij expetijt, in cuius præsentiā cum uenisset mox in terrā corruit, se homicidam esse, se reum omnium criminum protestans, misericordiam exposcit, pœnitentiæ locū exquirit, pater cum hominē peregrinum esse cognouisset, interrogat cuius patriæ aut gentis esset, at ille confessus est se Francium esse, et ex Francia pertalia scelera migrasse, exilium libenter ferre paratū, tantum ut patriā cœlestem non amitteret. Spiritualis pater eius precibus annuēs præcepit eum in cella nouitiorū recipi, una cū suo collega, probari secundum quod regula iubet, & tanto arctius quanto barbaræ & ignotægētis homo erat, implens illud apostolicū, Probate spiritus si ex deo sunt. Itaq; probatus in omni patientia, sociatus est cōgregatiōi una cū collega. post emēsum anni circulū professus stabilitatem, conuersationem, morū obedientiāsecundū regulam sancti Benedicti, cœpit autē inreprehensibiliter inter fratres conuersari, omnibus uirtutibus pollens. Accidit autem ut iuxta quod mos est, ad coquinæ officium Ebdomadarius deputaretur, quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet. Coquus uino exæstuans ei alapam dedit dicens, Ita te fratribus deseruire oportet, cuiille nil motus, placido uultu respondit, Indulgeat tibi dominus frater, & Carolomanus. Neq; em cuiq; nomē suū prodiderat, ne ex uocabulo agnosceret. Rursus in quibusdā ei barijs adminis-

Probate Spiritus si ex Deo sunt.

A coquo percussus Caroloman.

barijs administrandis erasset, à coquo percussus est, cui eadē quæ supra imprecatus est. Et cū tertio à coco crudeliter cæderetur, indignatus ille Comes indiuiduus suæ peregrinationis, quod tantus uir à tam uili persona tā contumelioſe afficeretur, iam ferre non ualens, arripuit pilum unde panis in holera fratrum mittendus conterebatur, & eum omni annisu percussit dicens. Nec tibi deus parcat ſerue nequam, nec Carolomanus indulgeat. Fratres hoc audito ualde cōmoti sunt, quod homo alienigena, & promisse ricordia receptus, talia facere præsumpsisset. Protinus ergo custodiæ mancipatur, utdie sequenti talis præsumptio acrius uindicaretur. In crastinum productus de custodia in medio conuentu sistitur. percunctatus cur manus extendere in fratrem ministrum ausus fuisset. Respondit, quia inquit, uidi seruum nequiorem omnibus, uirum meliorem & nobiliorem omnium quos in terra conuersari scio, non solum uerbis dehonestari, sed etiam plagis affici. furore nimio exagitati quod eum, qui peregrinus uenerat, cæteris prætulisset, Interrogant quis esset ille, qui bonitate & nobilitate omnes anteiret, cur saltem patrem monasterij non excepisset, ille necessitate compulsus celare nō ualens, quod deus iā manifestari uolebat, ait iste, est Carolomanus quondam Rex Frācorum, qui pro Christi amore regnum & gloriam mundi deliquit, qui de tanta excellentia ita se humiliauit, ut modo à uilissimis personis non solum contumelijs afficitur, uerum etiam uerberibus affligatur. quo audito tremefacti à sedibus surgūt, pedibus eius se prosternunt, ueniā postulāt de contemptu, ignorantiā profitentur, ille contra in terram prouolutus, cum lachrymis negare cepit, hæc non esse uera, nō se esse Carolomanum, sed hominem peccatorem & homicidam, collegam sine timore perterritum, propter cōmissum piaculum hæc excogitasse. Quid plura? cognitus ab omnibus cum magna reuerentia est obseruatus. Hæc nō passi sumus præterire, Nunc ad Chronica reuertamur.

Anno dominicæ incarnationis DCCXLII. Gripho fugit in Saxoniam, & Pippinus iter faciens per Thuringiam, in Saxoniam introiuit usq; ad fluuium Mussaham, in uico qui dicit Schahaningi, et Gripho collecta manu, una cū Saxonibus super fluuiū Obaccrū sedit, qui dicitur Orhemum.

Strahungo al's.

Anno dominicæ incarnationis DCCXLIII. Gripho de Saxonia egressus, in Baioariā peruenit, ipsumq; ducatū sibi subiugauit. Giltrudem cum Thassilone cœpit, & suæ ditioni subiecit. Suigder in solatium supradicti Griphonis. Hæc audiens Pippinus cum exercitu illuc uenit, omnesq; supra nominatos sibi subiugauit, Griphonem & Iantfridum secum duxit in Franciam, Thassilonem ducē Baioariorū cōstituit. Griphonem in partibus Neustriæ misit, & ei XII. comitatus dedit, inde iterum Gripho fugiens Vasconiam pecijt, & ad Vuipharium ducē Aquitanorum peruenit.

Gayfirum al's.

Anno dominicæ incarnationis DCCXLIX. Burchardus Vurtzburgensis ecclesiæ episcopus, & Floradus capellanus missi sunt Romam ad Zachariam papam, ut interrogarent de regibus in Francia, qi illis tporibus nō hñtes regiā potestatē, reges tamen uocabātur, si bene essent reges. Et præfatus papa

Biturice ñ eccle. Archiepus al's. Furadus al's.

mandauit Pippino, melius sibi uideri illum regem uocari qui potestatē haberet, quā illum qui sine regali potestate manebat, & ne perturbaretur Christianitatis ordo, per auctoritatē apostolicam iussit Pippinum regem creari, & sanctæ unctionis oleo inungi.

Pippinus rex Franciæ factus.

Anno dominicæ incarnationis DCCL. Pippinus secundum morem Francorum electus in regem, & unctus per manū sanctæ memoriæ Bonifacij Mogontiacēn urbis archiepiscopi, & eleuatus est à Francis in regno, in Suessionis ciuitate, Hildericus uero, qui falso rex uocabatur attonsus est, & in monasterium missus.

Anno dominicæ incarnatio. DCCLI. Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, & Hildegarius episcopus occisus est à Saxonibus in castro quod dicitur Nigberg, & tamen Pippinus rex uictor extitit, & peruenit usq; ad locū qui dicitur Rimiæ, & reuersus est in Franciam, ubi ei nuntiatum est, quod Gripho qui in Vasconiā fugerat, Germanus eius occisus est. Stephanus papa eodem anno in Franciam uenit, solatium & adiutorium quærēs pro Iusticijs sancti Petri, uenit aūt & Carolomanus monachus, & Germanus supradicti regis per iussionem Abbatis sui in Franciam, quasi ad cōturbandam petitionem apostolicam. Hoc anno natiuitatis domini, in Theodonis uilla pasca in Carasiaco Dominus Rex celebrauit.

Gripho occiditur.

Anno domini. incarna. DCCLII. Supradictus Stephanus papa, confirmauit Pippinū sancta unctione in regem, & cum eo unxit duos filios eius Carolū & Carolomanū ad regiā dignitatē. Eodem anno sanctus Bonifacius archiepiscopus annūtians dei uerbū, in Frisia à Paganis interfectus, martyr Christi occubuit, Vuolfridus in Italia clarescit.

S. Bonifacius in Frisia occubuit.

Anno domini. incar. DCCLIII. Pippinus rex, per apostolicā inuitationē Italiam ingressus est, Iustitiā Petri apostoli quærēs. Haistulfus rex Langobardorum supradictam iustitiam cōtradicendo, Termopylas id est clausuras Langobardorum petijt, & obuiam Pippino regi et Francis uenit, & commisso prælio domino auxiliante, & beato Petro intercedente, Pippinus cū Frācis uictor extitit. Eodem anno Stephanus papa reductus est ad suam sedem, per missos regis Pippini. Floradū & alijs plurimis, incluso uero Aistulpho rege in Papia ciuitate necessitate deductus, iustitiam sancti Petri pollicitus est faciendā, Ex hac promissione rex Pippinus obsides XL. recepit, & cum sacramento firmata reuersus est in Franciam. Nec superfluum iudicauimus si epistolam eiusdem papæ Stephani, hac de causa scriptam, huic operi inseramus, continet enim hunc modum, Stephanus episcopus seruus seruorum dei. Sicut nemo se debet iactare de suis meritis, sic non debēt opera dei que in illo per suos sanctos fiunt, sine suis meritis sileri sed prædicari, quia sicut angelus admonet Thobiā, uñ ego pro oppressiōe sanctæ ecclīæ à rege atrocissimo et blasphemo & nec dicēdo Haistolpho ad optimū & sctī Petri fidelē dominū Pippinū Christianissimū regē in Franciā uenit, ubi egrotauit usq; ad mortē, et mansit aliquot tēpus apud pagū Parisiacū in uenerabili monasterio

Thermopylæ. In angustijs alpium occurrebat.

Nobile figmentum literarū papalium

Incidit in morbum propter amissa bona. et luxuria Romana priuatus.

nasterio sancti martyris Dionysij, quem cum iam medici desperarent, fui, sicut in oratione, in ecclesia eiusdem beati martyris subtus campanas, & uidi ante altare dominum Petrum, & magistrū gentium dominum Paulum, & tota mente illos recognoui de illorum surcarijs, & tūc beatū dominū Dionysium ad dextram domini Petri subtilē & lōgiorem, dixitq; bonus pastor dominus Petrus, hic frater noster postulat sanitatem, et dixit beatus Paulus modo sanabitur, & appropinquans misit manū suā ad pectus domini Dionysij amicabiliter, respexitq; ad dominū Petrum, et dixit dñs Petrus ad dominum Dionysiū hilariter, Tua gratia est sanitas eius, Et statim beatus Dionysius thuribulum incensi, & palmā in manu tenens cū pbrō & diacono, q in parte stabāt, uenit ad me & dixit, Pax tecū fr, noli timere nō morieris donec ad fidē tuā pspere reuertaris, Surge sanus, & hoc altare ī honore dei & apostolorum Petri & Pauli quos uides dedica, missas gratiarū agens, moxq; factus sanus sum, & uolebā implere quod mihi præceptum erat, & dicebant qui ibi aderant, quod dementabam, Quaproter retuli illis & regi, suisq; oīmibus ex ordine quæ uideram, & quomodo sanatus fuerim, & impleui quæ uisa sunt mihi omnia. Gesta sunt autē hæc anno ab incarna. dñi DCCLIII. V. Id' Aug. Quo Christi roboratus uirtute, inter celebrationem consecratiōis præfati altaris, & oblationem sacrificij, unxit in reges Francorum Regem Pippinum, & duos filios eius Carolum & Carolomanū. Sed & Bertradam coniugem ipsius regis, indutam Cycladibus regijs, & gratia spiritussancti septiformis consignauit in dei nomine, atq; Frācorum Proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate sancti Petri sibi à Christo tradita obligauit, & obtestatus est, ut nunquām de altera stirpe persuccedentium tēporū curricula, ipsi uel quicq; ex eorum pgenie orti, regem super se presumant aliquo modo constituere, nisi de eorum progenie, quos & diuina prouidentia ad fidem apostolicam tuendam elīgere, & per eum uidelicet sancti Petri uicarium, immo domini nostri Iesu xpi, in potestatem regiā dignata est sublimare, & unctione sacratissima consecrare. His interpositis ad Chronica redeamus. Cum Pippinus rex, ut supra expressum est Italiam ingressus esset, Carolomanus monachus, Vienna ciuitate remansit una cū Bertrada regina, ubi langore correptus, diem clausit extremum.

Nisi Pippinus auxilio fuisset papæ, non fecisset hoc miraculum Dionysius.

Bertham al's.

Carolomanus moritur.

Anno dñicæ incarna. DCCLV. Cum audisset Pippinus rex ea non esse uera quæ Haistulphus promiserat de Iustitijs sancti Petri, iterū Italiā ingressus, Papiam obsedit, Haistulphum obsidione cinxit, & rursum de Iustitijs sancti Petri firmitatem dedit, ut stabiles permanerent, & insuper Rauennam cum Pentapoli, & omni exercitu conquisiuit, & sancto Petro tradidit. Cum autē reuersus esset Pippinus rex in Franciam, meditabatur supradictus Haistulfus ea fallere, quæ promiserat. Quadam uero die cum uenationibus inseruiret, percussus est dei iudicio, uitamq; cum regno finiuit, quo modo uero missus est Desyderius in regno, in subsequentibus dicemus.

Exarchatu al's.

Haistulphus rex Lāgobardo. morit.

Desyderius rex Lāgobardorum,

Anno dñicæ incar. DCCLVI. Misit Constantinus Imperator regi Pippino cū alijs donis organum, & rex Pippinus tenuit palacium suum in Compēdio, ibiq; Thassilo uenit, Dux Baioariorū, & suus effectus est, per manus sacra

mentaq; multa iurauit Pippino, & filijs eius supra corpus sancti Dionysij, sancti Germani, & sancti Martini simul, & eius hoīes meliores fecerunt.

Saxones tributarii facti.

Anno dominicæ īcarna. D CCLII. Pippinus rex in Saxonium iter fecit, & in munitiones Saxonum per uirtutem introiuit, & in loco q dicitur Sitina, multæ strages factæ sunt de populo Saxonum. Et tunc promiserunt se omnem uoluntatem regis facturos, tributum etiā præsētandum, equos scilicet CCC. per singulos annos.

Anno dn̄icæ īcar. DCCLVIII. natus est Pippino regi filius, cui supradictus rex nomē imposuit, qui uixit ānos duos, & in tertio defunctus est. Eodem āno celebrauit Natal. dn̄i in Lōgo Lare, & pascha in Iopilia.

Gayfirum al's.

Anno dominicæ incarna. DCCLX. Pippinus rex cernens Vaifarium ducem Aquitanorum minime consentire, ut iustitias faceret ecclesijs, quæ erant in Francia, de rebus & possessionibus illarum qui in suo ducatu erant. Inijt consilium cum Francis, ut iter pergeret in Aquitaniam, & supra dictas iustitias quæreret, & peruenit usq; in locum qui dicitur Theodoad. Quod cum cognouisset Vaifarius, timore perterritus mittit legatos, Otbertum & Dauninum, & dedit obsides ad Algarium suum propinquum, & mandauit Pippino se omnia redditurꝫ, quicquid supradictus rex quærebat in causis ecclesiasticis, & celebrauit Natal. domini in Carisiaco, & pascha simul.

Childoacus al's.

Anno dominicæ incarna. DCCLXI. Vaifarius minime cogitās de obsidibus & sacramentis datis, ut se uindicaret de iniuria, quam à Frācis præterito anno fuerat perpessus, exercitum misit, qui usq; ad Cabillonem ciuitatem uenerunt, uastātes omnia. Et cum supradictus rex Synodum teneret in uilla, quæ dicitur Duria, nunciatum est ei, quod Vaifarius perpetrasset, protinus exercitum mouit, & Aquitaniam ingressus multa castella cœpit, scilicet Burdellum, Clarū montem, Cantellam Auern̄. & peruenit usq; ad Leonidicas uastando omnia, & celebrauit Natal. dn̄i in Carisiaco, & pascha similiter.

Borbonium al's. Lemouicas al's.

Anno dn̄icæ incar. DCCLXII. Tertio Rex Pippinus Aquitaniā cū exercitu uastauit, & cœpit ciuitatem Biturigas, & castrum quod dicitur Toarcis, & celebrauit natal. dn̄i in uilla Gentiliaco, & pascha similiter.

Anno dn̄icæ incar. DCCLXIII. Rex Pippinus habuit placitum suū in Niuernis, & quarto ingressus est Aquitaniam, ibiq; Thassilo dux Baioariorū post positis sacramentis, fraudulenter se inde subduxit, omnia beneficia oblitus, quę rex auūculus eius ei fecerat, & Baioariā ingressus supradicti regis faciē amplius uidere noluit. Rex autē Aquitaniā perlustrans usq; ad Caduriciam uenit, & per Leonidicas reuersus, in Frāciam uenit. Et facta est hyems ualida, & celebrauit rex Natal. dn̄i in uilla quæ dicitur Lōglare, & pascha sīlr.

Anno dominicæ incarna. DCCLXIII Rex Pippinus habuit placitum suum in Vormatia, & causam diligenter pertractauit inter Vaifarium & Thassilonem. celebrauit Natal. dn̄i in Carisiaco, & pascha similiter.

Anno dominicæ incarna. DCCLXVI. Rex placitum suum habuit apud Attiniacum, & eodem anno sicut superiori nusq; profectus est. Celebrauit autē Natal. dn̄i in Aquis uilla, & pascha similiter.

Anno

Anno dominicæ incar. DCCLXVI. Rex Pippinus perrexit in Aquitaniam, & placitum suum habuit in Aurelianis ciuitate, & restaurauit Argentoniū castrum, quod antea à Vaifario fuerat destructum, ibiq; Francos dimisit ad continendam Aquitaniā, similiter & in Biturigæ fecit, & celebrauit Natal. dn̄i in Salmoniaco, & pascha in Gentiliaco.

De Trinitate & sanctorum imaginibus Synodus habitus.

Anno dn̄icæ incar. DCCLXVII. Rex in supra dicta uilla Synodum magnā habuit inter Romanos & græcos de sancta Trinitate, uel de sanctorum imaginibus, & post hæc Aquitaniam ingressus est per Narbonam, cœpit autē Tolosam & Ganaldanē, & celebrauit pascha in ciuitate Vienna. Eodē anno mense Aug. iterum aquitaniā ingressus, usq; Biturigas uenit, ibiq; Synodum tenuit, & inde profectus est, usq; ad Garonnam uenit, multas rupes & speluncas cœpit, necnō castra Scoraliani, Forunam & Petrociam, & reuersus est Biturigas, ibi nunciatum est ei de obitu Pauli papæ, ibi etiam celebrauit Natal. domini.

Xantones al's.

Anno dominicæ incar. DCCLXVIII. Rex Pippinus iter faciens Rheni stagnum cœpit, ad Santones ciuitatem usq; peruenit, & ibi cœpit matrem Vaifarij & sororē eius, & Neptes eius, inde perrexit in loco qui dicitur Montes, ibi Heriduicus uenit ad eum, qui habebat aliam sororē Vaifarij, & inde reuersus, pascha celebrauitt in castro quod dicitur Sles. Post hæc assumens secum Bertradam reginam ad Santones ciuitatē peruenit, ibiq; reginam cū famulis dimisit, & Petragoricū perrexit, & interempto Vaifario cum triumpho uictoriæ ad Santones reuersus est, ibiq; moram faciēs post aliquot dies egrotare cœpit, & inde profectus est Turonis, uenit ad oratorium, ad sanctum Martinū perrexit, inde egressus Parisius ad sāctū Dionysium uix peruenit, ibiq; diē clausit extremum VIII. id. Aug. & Dōnus Carolus, & Carolomanus eleuati sunt in regnū. Carolus in Nouiona ciuitate, Carolomanus in Sueſſione VII. id. Octobris, & celebrauit Carol. Natal. domini in Aquis, pascha in Roterdama ciuitate.

Petragoricum. Gayfirus occiditur

Pippinus moritur,

Vormatia al's, Carolus & Carolomanus regnum adepti æquali portione

Anno dn̄icæ incarna. DCCLXVIIII. Carolus rex Aquitaniam cum exercitu intrauit, eo quod Hunaldus dispositisset rebellare, & totā Aquitaniā & Vasconiam, auxiliāte deo, in deditionem recepit, & Hunaldi iniqua consilia dissipauit. Inde digressus ad Colonienſem ciuitatem uenit, & inde sumpsit plures Francorum cum armis, & omnibus utensilibus eorum, & abijt super flumen Dorhdoniam, et ædificauit ibi castrum, quod dicitur Fronticus, & ī dicto præsidio Francos collocauit. Deinde missos direxit ad Lupum Vasconē mandans, ut sibi Hunaldum cum uxore repręsentaret, qui ad eum confugerant. Adductus est prędictus Hunaldus cum uxore ad nominatum castrū, quem cum recepisset, in Franciam reuersus est, & celebrauit Natal. domini in Duria, & pascha in Leodio uico publico.

Carolus Aquitaniā subegit.

Lupus Vasconum dux.

Anno dn̄icæ incarna. DCCLXX. Carolus habuit Synodum in Vormatia ciuitate, & Berta regina perrexit in Baioariam, & inde Italiā ingressa est, & rex Celebrauit Natal. domini in Moguntia, & pascha in Heristellio.

Anno dominicæ incar. DCCLXXI. Carolus rex Synodum habuit ad Valentinianas, & eodem anno Carolomanus rex defunctus est in uilla Salmontiaco II. Non. Decembris. Venit autē Carolus ad uillam Carboniacum, ubi

Carolomanus rex obiit.

uenit

uenit ad eũ Volcarius,& Folradus capellani cum alijs episcopis & sacerdotibus, Vuerinus & Adalhardus comites, cum alijs Primatibus qui fuerũt Carolomani. Vxor uero Carolomani, cum perpaucis Francis partibus italiæ perrexit,& celebrauit rex Natal. dñi in Adtiniaco, & pascha in Heristellio.

Hermansaul. Anno dominicæ incarnationis DCCLXXII. Carolus rex Synodum habuit ĩ Vormatia,& inde perrexit in partes Saxoniæ, & primo impetu Heresburg castrum cœpit,& ad Hermansaul usq; peruenit, & ipsum fanum destruxit, & aurum et argentum quod ibi repperit abstulit. Erat autẽ tunc Siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco, & dum uellet ibi rex duos aut tres dies manere, ut prædictum fanum funditus destruere posset,& aqua exercitui deesset, subito diuina largiente gratia omnibus insciis in quodam torrente aquæ effusæ largissime, ita ut omnis exercitus sufficienter haberet. Destructo fano, rex super Vuiserã fluuium uenit,& ibi cum Saxonibus placitũ habuit,& accepit XII. obsides,& reuersus est in Franciam,& celebrauit Natal. domini in Heristellio,& pascha similiter.

Bellum Caroli ĩ desyderium. Anno dominicæ incar. DCCLXXIII. Rex peruenit ad hyemandum in Theodonis uilla, ubi eum adijt missus Adriani papæ nomine Petrus, inuitans eũ una cum Francis, ut pro dei amore, seu pro iustitia sancti Petri acquirenda super Desyderium & Langobardos ueniret, uenit præfatus legatus per mare usq; in Massyliã, inde per terrãusq; ad regem,& ideo per mare uenit, quia uiæ clausæ fuerũt à Langobardis Romanis. Tunc rex fideles cõsuluit, Vtrũ petitionibus apostolicis assensum præberet, omnibus hoc collaudãtibus, illas in partes profectus est, Genuamq; ciuitatem ueniens Synodum tenuit, & ibi exercitum diuisit in duas partes. Ipse cum una parte per montem Cinysium perrexit,& misit Bernardum auũculum suum cum reliqua parte p mõtem Iouis. Coniunxerunt autem se uterq; exercitus ad Clusas. Quod cum cognouisset Desyderius, regi & Francis cum armatis occurrit. Tũc rex castra posuit ad easdem Clusas, & misit occulte unam Scaram de electis uiris per mõtana. Hoc sẽtiens Desyderius statĩ Clusas reliqt,& quàm citius potuit Papiam ingressus est. Rex autẽ cum oĩbus, auxiliante dño,& intercedẽte beato Petro, sine lesione Italiam ingressus est,& cum ad Papiam peruenisset, Desyderium intrinsecum latitantem obsedit, ibiq; in suis castris celebrauit Natal. domini, & pascha in Roma.

Scara multitudinẽ putat forte. Anno dominicæ incarna. DCCLXXIIII. Rex dum in illis partibus pro huiusmodi negocio moram faceret, Saxones occasione accepta, post positis sacramentis, in finibus Francorum impetum fecerunt, & usq; ad castrum qđ nominatur Buriaburgh uenerunt, quorum aduentum incolæ loci persentientes, ĩ iam dictam munitionem se receperunt. Igitur cum præfata gens seuiens cœpisset forinsecus uillarum ædificia concremare, uenerunt ad quandam Basilicam in loco qui dicitur Fricdisslar, quam sanctæ memoriæ Bonifacius martyr consecrauit, atq; per propheticæ ſpm prædixit, quod nũquàm incendio cremaretur. Ceperunt autem præfati Saxones omni intentione certare aduersus eandem Basilicam, quemadmodũ eam per quodlibet ingeniũ igne cremare potuissẽt. Et dũ hæc agerẽt, apparuere q̃busdã xp̃ianis q̃ erant in castello

in castello, simul quibusdam paganis qui in eodem erant exercitu, duo iuuenes ĩ albis uestimentis, qui ipsam Basilicam ab igne protegebãt,& propterea non potuerunt neq; interius, neq; exterius ignem accendere. Interea nutu diuino maiestatis pauore perterriti, in fugam conuersi sunt, nemine persequente, inuentus autem est postea unus ex eisdem Saxonibus mortuus iuxta ipsam Basilicam, flexis genibus, adcliuis supra pedes, habens ignem & ligna in manibus,& uelut ore flare et ipsam Basilicam cremare. Dum hæc agũtur, Carolus à Roma reuersus uenit Papiam, ipsamq; ciuitatem armis cœpit, insuper Desyderium regem cum uxore sua & filia, omnẽ thesaurum Palatij, ibiq; uenientes omnes Langobardi de cunctis ciuitatibus Italiæ, eius se subdiderũt dominationi. Adalgisus uero filius Desyderij regis fuga lapsus, mare introiuit,& Constantinopolim perrexit. Carolus subiugata Italia & ordinata, custodiã Francorũ in Papia dimittens, cũ magno triũpho in Franciam reuersus est,& cum uenisset in locum qui dicitur Ingelheym, misit quatuor Scaras in Saxoniam, tres pugnas cum Saxonibus inierunt,& deo auxiliante, uictores extiterunt. Quarta uero Scara non habuit pugnam, sed capta præda magna reuersi sunt in Franciam, & celebrauit rex Natal. domini in Carisiaco,& pascha similiter.

Adalgisus Desyderii filius.

Ingelnheim alĩs.

In Saxones mouet. Anno dominicæ incarna. DCCLXXV. Rex habuit Synodum ĩ uilla quæ dicitur Duria,& inde Saxoniã pergens Sigiburgh castrũ cœpit, Heresburch reædificauit, super Vuisarã fluuiũ uenit in loco qui dicitur Brũnisberg, ubi occurrerunt ei Saxones uolentes ripam supradicti fluminis defendere, auxiliãte deo,& Francis decertantibus, fugatis Saxonibus, Franci ambas ripas occupauerunt,& multi Saxones occisi sunt. Tunc rex diuidens exercitũ, sũpsit secum partem, perrexitq; usq; ad Obaccrum fluuium, ubi omnes orientales Saxones uenientes cum Hassinone duce eorum, dederũt obsides iuxta quod placuit regi,& iurauerunt sacramenta, Simul eo reuertente uenerũt Angrarij in pago qui dicitur Bucki, una cum Brunone duce eorum,& fecerunt sicut orientales Saxones fecerant. Interea cum Francis qui super fluuiũ Vuisara remanserant, Saxones pugnam cõmiserant,& deo largiẽte, Frãci uictoria potiti sunt, & plures ex Saxonibus interfecti sunt. Hæc audiens rex iterum super Saxones cum exercitu irruens multam stragem fecit,& prędã copiosam cœpit super Vuestfal. & coacti obsides dederũt, obsidibus itaq; receptis,& præda multa capta, rex in Franciam reuersus, ubi nunciatum est ei q̃ Rotgandus Langobard. post ponens fidem & sacramenta, aduersus eũ rebellare disponeret, statim illis in partibus iter arripuit,& celebrauit Natal. domini in uilla quæ dicitur Schletstat in Elsatio.

Rotgandus decollat Anno dominicæ incarnationis DCCLXXVI. Carolus rex Italiam ingressus, Foroiul. partes petiuit, Rotgãdum rebellem captum decollare iussit, ad Tarusium ciuitatem uenit, ibiq; pascha celebrauit,& ordinatis rebus, derelictis custodibus ex Francis, in ciuitatibus quæ aduersus eum senserant, in Frãciã cum prosperitate reuersus est. Interea Saxones cognita absentia regis, more solito, ruptis sacramentis in unum cõglobati Heresburgk castrum aggrediũtur, fraudulenter Francis suadent ut de castro exeant, & cum pace in patriã pergant.

pergãt. Sed cũ illi fallacibus uerbis moniti ſunt, minime aſſẽſũ præberent, machinas præparant, munitionem obſidione cingunt, & ſũmis uiribus certant, ſed nihil proficiunt. Quadam itaq; die cum iterum rediuiuo certamine bellum paraſſent, apparuit gloria dei manifeſte ſupra domum eccleſiæ, quæ erat īfra ipſum caſtrum, uidentibus multis tam chriſtianis, quàm paganis. Nã duo ſcuta apparuerunt ſupra prefatam Baſilicam, ſãguineo colore flammantia, & uelut in prælio quibuſdam motibus agitantia. itaq; Pagani hoc ſignum aſpicientes timore & formidine repleti, mox in fugã conuerſi ſunt, & in tantam amentiam deuenerunt, ut ſtrictis gladijs, mutuis armis ſe confoderent. Quanto uero illi plus pauore perterriti fugierunt, tãto magis Chriſtiani confortati, omnipotentẽ dominũ laudabãt, qui ſaluos facit ſperãtes in ſe. Ex perdicto igitur loco cum tanta confuſione diſcedentes, uenerũt ad aliud caſtrum quod appellatur Deſuburgh, ubi uoluerũt ſimiliter facere, ſed deo auxiliãte, Frãciſq; eis uiriliter repugnantibus, nihil prealuerũt. Oppidani uero perſecuti ſunt eos uſq; ad flumen quod Lippa dicitur, & multos ex eis interfecerunt. Itaq; rex Vormatiam ueniens Synodum placitumq; publicũ ibi tenuit, & concilo ſoluto, mox Saxonum fines penetrauit, & uelut ingẽs tempeſtas omnia proſternit, munitiones irrumpit, Saxones perterriti ad locum ubi Lippa oritur uenerunt, ibi ſe, ſuamq; patriam regi tradiderunt, & ſpoponderunt ſe xp̃ianos eſſe debere. Tunc Rex una cum Francis reſtaurauit Hereſburgh caſtrum, & aliud caſtrum ſuper Lippam, ubi uenientes Saxones una cũ uxoribus & paruulis innumerabilis multitudo baptiſati ſunt, in nomine ſãctæ Trinitatis. Poſt hæc obſides quantos rex expetijt dederũt, reformatis autem caſtellis, cuſtodijſq; diſpoſitis, Carolus in Frãciam reuertitur, & celebrauit Natal. domini in Heriſtellio, & paſcha in Nouomago.

Lippa flu.

Saxones chriſtiani primum facti.

Anno dñicæ incarna. DCCLXXVII. Rex Saxoniam ingreſſus placitum tenuit in loco qui dicitur Padreſbrunna, ubi omnes Saxones conuenerunt, excepto Vuidichindo, qui cum paucis Saxonibus in partibus Nortmaniæ cõfugit. In eodem etiã loco uenerunt Sarraceni de partibus Hiſpaniæ, quorũ hæc ſunt nomina, Ibina, Iarabi & filius Denizeſi, qui Lãmeioſeph nominabatur, & gener eius, ubi etiam multitudo Saxonum baptiſati ſũt, & ſacramẽta ſecundum conſuetudinem dederunt, ut perderent ingenuitatem, & omnẽ hæreditatem, niſi conſeruarent ſuſceptam xp̃ianitatem, & promiſſã fidelitatem regis & filiorũ eius, necnon etiã & Francorum. Carolus in Franciam reuerſus celebrauit Natal. domini ī Ducíato, & paſcha in Aquitania in uilla quæ dicitur Caſinogilo.

Vuidekind.

Anno dñicæ incarna. DCCLXXVIII. Carolus cum exercitu Hiſpaniam ingreſſus eſt, uenit enim primo ad Pampilonem ciuitatẽ, deinde ad Cæſarauguſtanam urbem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgũdiæ, & Auſtraſiæ, uel Baioariæ, ſeu Prouinciæ, & Septimaniæ, pars etiã Langobardorum in auxilium Francorum conuenerunt, obſidione itaq; ciuitatis territi Saraceni, obſides dederũt, & immenſum pondus auri. eiectis itaq; Saracenis de Pampilona, muriſq; eiuſdem ciuitatis dirutis, Vaſconibuſq; ſubiugatis, in Franciam reuertitur. Interea Saxones audientes q; Carolus cum Francis tam longa terrarum ſpacia abeis eſſet ſeparatus, ſuadẽte Vuidichindo

Vuidichindo, ſecundum conſuetudinem iterum rebellati ſunt, & ad Duriam caſtrum (quod Coloniæ ciuitati contiguum eſt) uſq; uenerũt, cædibus, rapinis, & incendijs omnia deuaſtantes. Quod cum nunciatum eſſet regi reuertenti, etiam cõmoranti Antiſſiodoro ciuitate, miſit idem princeps ſcarã unam ex electis uiris, qui eorum uiolentiæ reſiſterent. Saxones audientes incolumitatem regis & aduentum Francorum, in fugam cõuerſi ſunt, quos Franci ueſtigio ſequentes, repererunt eos ſuper fluuium cuius uocabulum eſt Adarna, in loco qui dicitur Liheſi, ubi pugna cepta & finita, Franci auxiliante deo, uictores extiterunt, & multitudo Saxonum eſt ibi occiſa, & celebrauit rex Natal. domini in Heriſtellio & paſcha ſimr.

Saxones cæſi ſexta defectione iuxta Adarnam flu.

Anno dominicæ ĩcarnationis DCCLXXVIII. Carolus uenit ī uillam, quæ dicitur Compendium, ubi ſe obtulit Hildebrandus Spoletanorum dux cum muneribus, eiuſque dominationi ſe ſubdit. Eodem anno Synodum tenuit in Duria, & poſt hæc Saxoniam ingreſſus uſque ad Lippam uenit. Conati ſunt autem Saxones reſiſtere in loco qui dicitur Bucholtz, ſed nihil præualuerunt. Aperta autem uia Vueſtfalos ſubiugauerunt, & omnes Saxones q ultra Vuiſaram commorabãtur. Veniẽs autem rex in loco q uocatur Medofulli accepit obſides, & ſacramenta à Saxonibus, qui ab eodem defecerant, & reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit Natal. domini in Vuormatia ciuitate, & paſcha ſimiliter.

Hildebrandus dux Spoletanorum,

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXX. Carolus Saxoniam ingreſſus ad Hereſburgk uenit, & inde ad locum ubi Lippa conſurgit, & ibi Synodũ tenuit. Inde progreſſus ad Albiam fluuium uenit, & in ipſo itinere Bardonganeñ, & multi de Nortlindis baptiſati ſunt in loco, qui dicitur Horheym, ultra Obaccrũ fluuium, & peruenit uſq; ad locum ubi Iora confluit in Albiã. Diſpoſitis itaque tã Saxonibus, quàm Sclauis in Franciam reuerſus eſt. Inito autem conſilio, ut Romam pergeret orationis cauſa una cum cõiuge Hildegarda, celebrauit Natal. domini ī Papia ciuitate.

Hildegardis Caroli uxor.

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXI. Carolus iter pergens celebrauit paſcha in Roma, & ibi baptiſatus eſt filius eius Pippinus ab Adriano papa, qui & ipſe eum de ſacro fonte ſuſcepit, & duo filij eius à ſupradicto pontifice inuncti ſunt in regem. Idem Pippinus ſuper Italiam, Ludouicus ſuper Aquitaniã, inde reuerſus uenit Mediolanũ, ubi baptiſata eſt filia eius Gliſſa ab archiepiſcopo Thoma, qui & ipſe eam à ſacro fonte leuauit. His ita peractis reuerſus eſt in Franciam. Per id tempus Legati apoſtolici, Formoſus & Damaſus epiſcopi, cũ miſſis regis, Siculfo capellano, & Eunardo magiſtro picernarũ directi ſunt ad Thaſſilonem ducem cõmonentes, & conteſtantes ex auctoritate apoſtolica, ut recordaretur priorum ſacramentorum, & non aliter faceret, niſi ſicut iureiurando iam dudum promiſerat Pippino regi & filijs eius. His admonitionibus conſenſit Thaſſilo, & ſumptis obſidibus, ad regem uenit Vuormatiam, ubi renouauit ſacramenta, & dedit duodecim obſides, ſed non diu præfatus Thaſſilo promiſſa cõſecrauit, celebrauit autẽ rex Natal. dñi in Cariſiaco, & paſcha ſimul.

Pippinus filius Caroli.

Gliſſa filia.

Anno dominicæ incar. DCCLXXXII. Carolus Coloniam ueniens, Rhenũ

transijt,& Synodum tenuit ubi Lippa consurgit,ubi omnes Saxones cõuenerunt,excepto rebelle Vuidinchindo,Illuc etiam uenerũt legati Godefridi regis Nortmanorũ Altdeni & Hosmundus,necnon etiam legati Auarorum missi à Cacano & Iugurro. Peracto placito reuersus est rex in Frãciam. Saxones iterum fidem uiolant,arma corripiunt,suadente Vuidichindo. Rex autem eà tempestate miserat nuncios suos ad Adalgisum,& Geilonem atque Conradum uiros potentes,ut ducerent exercitum Francorum & Saxonum super Sclauos paucos,qui adhuc rebelles erant. Supradicti uiro principes cum iam in itinere essent,audiẽtes quod Saxones rebellassẽt, super eos arma uerterunt,& cõmisso prælio multos ex eis interfecerunt,in qua pugna duo duces ceciderũt,uidelicet Adalgisus,& Geilo in monte qdicitur Suntdal. Hoc audiens imperator,cum Francis quos sub celeritate congregare potuit illuc perrexit,& peruenit usq; ad locũ ubi Alara confluit in Vuisaram. Tũc omnes Saxones iterũ conueniẽtes subdiderunt se sub potestate supradicti regis,& reddiderũt seditiosos,qui illã rebellionẽ maxime terminauerũt,ad occidendũ quatuor milia quingentos uiros,Vuidichindũ uero partibus Nortmaniæ aufugit. Interfectis itaq; seditiosis,exilioq; damnatis,rex in Franciam reuersus est,& celebrauit natal. dñi ĩ Theodonis uilla,& pascha similiter.

Hildegardis cõiũx moritur.

Anno dñicæ incarnationis DCCLXXXIII. obijt Hildegardis regina pridie kal. maij,quod euenit tunc in uigilia Ascensionis domini,& rex iterum Saxoniam ingressus est,eo quod Saxones rursum rebellassent,& cum paucis Francis ad Thietmalli uenit,ibi Saxones parauerunt pugnam in campo uiriliter,Tunc rex cũ Francis super eos irruit,& magnam stragem ex eis fecit,ita,ut perpauci fuga elaberentur. Post peractam uictoriam uenit rex ad Paderbrunna,ubi coadunato exercitu,denuo super Saxones irruit,qui se sociauerunt super fluuium,cuius uocabulum est Asa. ibi iterum pugna inita non minor numerus Saxonum cecidit,quàm in supiori prælio ceciderat. Tunc rex Vuisaram transijt,& ad Albiam usq; peruenit,post hæc in Franciam reuertitur. Eodem anno obijt Bertha regina IIII. id. Iul. & cum Vormatiam peruenisset Rex,sociauit ĩ matrimoniũ Fastradanam reginam,& celebrauit Natal. domini in Heristellio,& pascha similiter.

Nono pugnatum cũ Saxonibus.

Bertha mater Caroli moritur.

Fastradana uxor Caroli moritur.

Decimo pugnauit i Saxones.

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXIIII. Carolus ingressus est Saxoniam,eo quod iterum rebellassẽt,& cũ eis aliqua pars Frisonũ,& peruenit usq; ad Huculin,circũeundo & uastando omnia,Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipse igitur per Turingiam ab orientali parte intrauit super Hostfalos. Porro filium Caroli dimisit cum ualida manu contra Vuestfalos,Itaq; rex Turingiam ingressus,peruenit usq; ad fluuium Albiæ,& inde ad Tagniosurt,deinde ad Scanminge,ex quo loco reuersus est in Franciam. Vuestfali uero congregauerunt se iuxta Lippam,quibus occurrit filius regis in pago,q dr Dragim,& inierunt pugnam,quibus uiriliter superatis,reuersus ẽ Vuormatiam ad genitorem suum. Rex itaq; consultis fidelibus,iterato hyemis tempore,Saxoniam ĩtrauit,& celebrauit Natal. dñi iuxta Kichrisburch

iuxta Kichrisburg Vuizzaganisuper fluuium Ambra,in uilla quæ dicit Linhidi.

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXV. Rex usq; Adrine peruenit super fluuium Vuisaram,ubi confluit Vnaahna,& propter nimiam inundationem aquarum,inde reuersus est Heresburgh,ubi uxorem suam Fastradanã cũ filijs & filiabus uenire iussit,& ibi tota hyeme resedit,ibi etiam paschа celebrauit,& multis uicibus scaras per Saxones misit,& eorum castra depredatus est,& in Maio Synodum ad Paderbrunnam habuit,& inde iter pergens,nullo contradicẽte,totam Saxoniam circuiuit. Venit autem ĩ Bardenguni,& inde misit post Vuidichindum & Abbionem,& utroq; ad se fecit uenire,quos sacramento firmauit,ut in Franciam ad eũ uenirent. Qui acceptis obsidibus,ad Attiniacum ad regem uenerunt,ibiq; baptisati sunt,& tunc tota Saxonia subiugata est Francis,& in eadem uilla celebrauit rex Natal. domini & pascha similiter.

Vndecimo omnino Saxonia deuicta.

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXVI. Carolus misit exercitũ suũ partibus Britãniæ,una cum misso suo Odulpho principe Cacorũ,ubi multa castella acquisierunt Franci,& eorum primates repræsentauerũt Vormatiam regi in publico conuentu. Tunc rex uidens se ex omni parte pacem habere,Romam perrexit orationis causa,& ut ibi cum missis Imperatoris colloquium haberet,& celebrauit Natal. dñi in Florentia ciuitate.

Anno dominicæ incarnationis DCCXXXVII. Carolus Romam uenit,& à pontifice Adriano susceptus est,ubi aliquot dies moratus est. Quod cum audisset Heregisus dux Beneuentanorum,timore perterritus,misit Romaldũ filium suũ cum magnis muneribus ad regem postulans pacem,& promittens se omnem uolũtatem eius facturum,Sed his suasionibus minime apostolicus credidit,sed magis hortatus est regem,ut Beneuenti fines intraret,quod & fecit. Et cum Capaum uenisset Herigisus,reliquit Beneuentum,& in Salernum secessit,ibiq; se muniuit. Exinde misit filium suum Grimaldũ,(nã Romaldum rex secum retinebat.) cum magnis muneribus offerẽs obsides,& promittens omnem fidelitatem,tantum ab impugnatione cessaret. Tunc rex cum consulto fidelium & sacerdotum,ne penitus ẽpatum & monasteria deuastarentur,elegit XII. obsides,& XIII. filium supradicti ducis Grimaldum,& accepit munera,& iurauerunt ei omnes Beneuentani,& reuersus est Romam,ibiq; celebrauit pascha cum præsule sedis apostolicæ. Venerunt etiã in eodem loco missi Thassilonis Arinis episcopus,& Henricus abbas rogantes papam,ut pacem faceret,litemq; terminaret inter Carolum regem,& Tassilonem ducem,Ex qua causa multum coarctatus est apostolicus. Rex autem ad postulata respondit se per multa tempora quæsisse,sed minime obtinere potuisse,Ne tamen inobediens uideretur esse monitis apostolicis,asseruit se in eiusdem papæ præsentia,cum eisdem missis pacem uelle firmare. Illis autem renuentibus,atq; dicentibus nõ se audere p̃ seniore definitiuã pferre sententiã,neq; se ad hoc destinatos esse. Vidẽs apostolicus ficta mendacia,& cognoscẽs istabilitatẽ ducis,iratus anathematizauit præ

dictum Thassilonem, & omnes illi fauentes, nisi fidelitatem quam regi Pippino, & filio eius Carolo promiserat, per omnia obseruaret. Contestans per eosdem missos eundem uirum, & monēs ne per eius obdurationem, & perfidiam sanguis christianorum funderetur, & terra deuastaretur. Etsi ipse dux nullatenus obedire uellet, tunc Carolus & exercitus eius absoluti essent à deo & sancto Petro, & quicquid in ducatu eius perpetratum esset, incendijs & homicidijs, uel qualicūq; malicia, totum hoc in Thassilonem & socios eius uertatur, & Rex & Franci persistant innoxij. His uerbis absolutis missis Thassilonis, Rex oratione ad limina apostolorum completa, & benedictione percepta, in Franciam gressum dirigit, & Vormatiam ubi erat Fastradana coniunx eius peruenit, ubi Synodum congregauit, & manifestauit sacerdotibus & optimatibus regni causas itineris, & qualiē uersutia Thassilonis coram summo Pontifice esset deprehensa. Misit itaq; cum consulto fidelium ad eundem Thassilonem monens, ut apostolicis adhortationibus obtemperaret, qui cum nollet obedire, Rex partibus Bauariæ exercitū mouit, & uenit in loco qui dicitur Lehfeld, super ciuitatem Augustam, & uenerunt orientales Frāci & Tyringi & Saxones super Danubium in loco qui dicitur Fariga. Porro Pippinus rex de Italia cum exercitu uenit Trientum, tunc perspiciens Thassilo se ex omni parte esse circundatum, & uidens q; Baioarij magis essent fideles Carolo, quàm sibi, undiq; coarctatus uenit ad eum, tradens se manibus eius, ad seruitium reddens ducatum Pippino regi sibi commissum, & se ī omnibus peccasse & male egisse confessus est, & denuo renouans sacramenta dedit duodecim obsides electos, & tredecimū filium suū Theodonem. Rex receptis obsidibus, reuersus est in Franciam, & celebrauit Natal' dñi in Ingelnheim, & pascha similiter.

Lechfeld.

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXVIII. Rex congregauit Synodum in præfata uilla, ibiq; uenit Thassilo, cœperunt autem eum Bauari accusare, q; fidem promissam uiolasset, suadente uxore Luitberga, obiecta uero Thassilo denegare non potuit, sed conuictus est ad Auaros transmisisse, & in uitam fidelium regis consiliatū fuisse, Ad ultimum tamen confessus est se dixisse, si decem filios haberet, omnes malle tamittere, quàm ita maneret, sicut iurauerat. Ex ijs & alijs multis, ab omnibus diiudicatus est ad mortem, Et cum omnes capitalem sententiam proclamarent, Rex misericordia motus, eo qd' cōsāguineus eius esset, obtinuit ab ipsis dī & suis fidelibus ne moreretur. Interrogatus ergo à rege qd agere uellet, terræ prostratus Licentiam in monasteriū intrandi expetijt, ut ibi peccata sua deplorare potuisset. Sili & filius eius Thiodo fecit. Igitur attonsi sūt, & in monasteriū missi. Pauci Baioarij q; cum Thassilone senserāt, in exiliū sunt missi. Eodem anno cōmissum est bellū inter Græcos & Langobardos, ducibus Hildebrādo, Spoletino & Grimaldo, Beneuentano & Vuinegiso à rege directo cum Francis, & fugati sunt Græci, & uictores extiterunt Franci & Langobardi. Per id tempus pugna commissa est inter Auaros & Francos, qui in Italia habitabant, & deo largiente uictoriam obtinuerunt Franci. Tertia pugna commissa est inter Auaros, & Baioarios in campo Iboræ, & fuerunt ibi missi re-

Tassilo monachus factus.

missi regis Grahamanus, & Odoacer cū aliqbus Frācis, & deo auxiliāte uictoria fuit Frācorū seu Baioariorū. Hæc ita supradictus Thassilo & uxor eius Luitburga terīauerūt. Quarta pugna fuit cōtra Auaros, q uoluerūt uidicare eos, q in prælio supius dicto occiderāt, sed deo adiuuāte, uictoria xpīanis cessit. Post hæc Carol. Ratisbon. uenit, ibiq; marcas & fines Baioariorū disposuit, indeq; reuersus est in Franciam, & celebrauit Natal' in Aquis palatio, & pascha similiter.

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXVIIII. Rex regnum Coloniæ transijt, & Saxoniam ingressus, usq; Albiam fluuium uenit, ibiq; duos pontes construxit, & ex utraq; parte pontis castra fecit exlignis & terra, & inde progressus Sclauorum fines intrauit, & Sclauos uocabulo Vuilzi suo dominio subiugauit. Fuerunt autem cum eo in eadem expeditione Franci & Saxones, Frisones uero nauigio uenerunt per Habolam fluuium, fuerunt autem cum eo Sclaui, Vrbi, & Abotrudi, quorū princeps uocabat Vuizan, obsidibus itaq; receptis, reuersus est in Franciam. & celebrauit Natal' domini Vormatiæ, & pascha similiter.

Vuinden alīs.

Anno dominicæ incarnationis. DCCXC. Nullum iter rex fecit, sed in prædicta ciuitate Rex celebrauit Natal' dñi & pascha similiter.

Anno dominicæ incarnationis DCCXCI. Carolus ad partes Baioariorum prexit, & Ratisbonam peruenit, ubi & exercitum suum conuenire iussit, ibiq; cum consilio optimatum regni, disposuit ire in Auarorum regnum propter maliciam intolerabilem, quam in Gallorum populos gesserunt, & ecclesias dei, Venit ergo cum exercitu usque ad Anisam fluuium, ubi triduanum ieiunium cum letanijs fecerunt, postulantes pro salute exercitus, & adiutorio dei, & uindictam inimicorum. Rexitaq; littora Danubij de Australi parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis, & plurima multitudine Frisonum de Aquilonari, & ita pergentes peruenerunt ubi iam dicti Auari habebant munitiones paratas. De Australi parte ad Chunberg, de Aquilonari uero ripa in loco qui dicitur Camp. sic enim nominatur ille fluuius qui ibi influit in Danubium. itaq; Auari cum ex utraq; ripæ parte uidissēt exercitum, & classem per medium fluuium uenientem, tantus terror, deo faciente, illos iuasit, ut dimissis præsidijs munitionū, fugæ latibula quærerēt, & sic Christo duce uterq; exercitus absq; læsione Pannoniam introiuit. Peruenit autem rex usq; ad fluuium qui dicitur Raba, omnia cędibus, incēdijs, rapinisq; deuastans, & inde reuersus Ratisbonam, celebrauit ibi Natal' domini & pascha similiter.

Caroli expeditio in Auaros.

Anno dominicæ incarnationis DCCXCII. Felíciana Hæresis condemnata est, quem Felicem Engilbertus in præsentiam Adriani pontificis adduxit, & post confessionem hæresim abdicauit. Et eodem anno nulla expeditio facta est, sed tm̄ super naues ad flumina transeunda, cōpactus ē pōs anchoris & funibus, ita coherens, ut iungi & dissolui possit, & celebrauit rex Natalem domini Ratisbonæ.

Anno d. īcar. DCCXCIII. Carol'. Ratisbonā pficiscēs, ad Fossatū magnū iter

fluuios Alemonō & Radizā uenit, ibiq; sūmi pōtificis missi cū magnis mu neribus in p̄sentiā eius uenerunt, ibi etiā nunciatū est ei Saxones iterū mo re solito fidem & promissa uiolasse. Inde nauigio per Radinzam Mogonū fluuium īgressus, Natal. dn̄i celebrauit in Vuizzeburch.

Anno dominicæ īcarnationis D CC XCIIII. celebrauit rex pascha in Franconofurt, ibiq; congregauit Synodum magnam eporum, Galliarū, Germanorū & Ita lorum, ubi fuerunt missi apostoli Theophilus, & Stephanus epi. in hac Syno do, tertio condēnata est Hæresis Feliciana, quam dānationem per auctorita tē sanctorū patrum in libro ꝓscripserunt, quem librum omnes sacerdotes manibus proprijs subscripserunt. Eodem tempore Fastradana regina obijt, & in monasterio sancti Albani honorifice sepulta est. Pseudo Synod. græco rum, quam pro adorandis imaginibus fecerunt, à pontificibus reiecta est. Rex autem post hæc diuiso in duas partes exercitu, Saxoniam īgressus est, Ipse per Turingiam, Carolus uero filius eius Coloniæ Rhenum trāsijt. Tūc Saxones congregantes se in loco qui dicitur Finisselt, præparauerunt se ad pugnam. Cum uero audissent se ex duabus partibus esse circundatos, dissi pauit deus consilia eorum, & quamuis fraudulenter xp̄ianos se esse, & fide les regi promiserunt. Rex in Franciam reuersus celebrauit Natal. domini in Aquis palacio, & pascha similiter.

Concilium Francophordianum.

Extat adhuc ad diuum Albanum Moguntiæ monumētū.

Anno dominicæ incarna. DC CXCV. Rex uenit Mogūtiam, ibiq; tenuit plæ citum suū in uilla quæ dicitur Cuffinstein, in suburbio eiusdē urbis. Audiens uero quod Saxones secundum consuetudinē promissionem suam, quam de obseruanda xp̄ianitate & fidelitate regis tenenda fecerāt, irritam fecissēt, cum exercitu Saxoniam intrauit, & usq; ad fluuium Albiam peruenit ad lo cū qui dicitur Hliuni, in quo ijsdem diebus Vuirzā Abrotitorū rex à Saxo nibus occisus fuerat, ibi etiā uenerūt missi à Thudone, qui ingente & regno Auarorum magnā potestatem habebat, affirmātes quod idem Thudum cū terra & populo suo se Regi dare uellet, & eiusdem ordinatione xp̄ianam fi dem susciperē. Rex itaq; afflictis magna ex parte Saxonibus, eorūq; terra ua stata, acceptis obsidibus, in Franciam redijt, & celebrauit Natal. dn̄i Aquis, & pascha similiter.

Moguntia.

Anno dominicæ incarnationis D C C XC VI. Adrianus papa obijt, & Leo mox in pontificatu successit, statiq; misit regi legatos cum muneribus, Claues etiam confessionis sancti Petri, & uexillum Romanæ urbis direxit. Henri cus dux Foroiulianorum missis hominibus cum Vuonomiro Sclauo in Pā noniam, Iringum gentis Auarorum principem, longis retro temporibus q eum Ciuili bello, fatigatis iter se pricipibus, improuise expoliauit. Caganus & Iuguro intestina clade iterempti sunt, thesaurum priscorum regum multa seculorū prolixitate collectū, idem dux Carolo, ad Aquis palatiū misit, quo accepto, peracta largitori oīm bonorū gr̄arū actione, magnam partē inde Ro mam ad limina Apostolorū misit per Angelbertū abbatem. porro reliquā partem optimatibus, clericis siue laicis, cæterisq; fidelibus suis largitus est. Per id tempus Thudum secundum promissionem suam, cum magna par te Auarorum ad regem uenit, & se populo suo, & patria Regi tradidit. et ipse

et ipse & populus eius baptizatus est, & muneribus susceptis redieruunt ad propria. Eo tempore Rex cum exercitu Saxoniam intrauit, et Pippinus rex in Pannoniā cum exercitu introiuit. Venit aūt legatio Pippini regis ad pa trē in Saxoniā, quæ dixit Auaros post interfectionem priorū ducum super se cōstituisse regem, nomine Karam, & Pippinus contra eū certare dispone ret. Rex peragrata Saxonia, in Franciā se recepit, & in Aquis palatio filiū suum Pippinū à Pannonia redeuntem, & partem thezauri quæ remanse rat adducentē lœtus aspexit. et celebrauit in eodem loco natal. domini & pascha similiter.

Anno domi. incar. D CCXC VII. Barcinona ciuitas Hispaniæ, quæ iam pridē à Francis discesserat, per Thathim præfectū ipsius, Frācis est reddita. Nam ipse ad palatium ueniēs, ciuitatē cū semetipso regi tradidit. Eo tempore ex peditio facta est in Saxoniam, & usq; ad Oceanum trans omnes paludes & inuia loca ptransit exercitus, & rex de Adulo hoc regressus (hoc em̄ loco no mē, ubi Oceanus Saxoniā alluit) tota Saxonū gēte in deditionē per obsides accepta, in Aquis palatio reuersus ē, ubi Abdellā Saracenū, q̄ à fratre regno pulsus in Maurita nia exulabat, ipso semetipsum cōmendāte, suscepit. In eo dē loco & Legatus Nicetę q tūc Sicilia regebat, noīe Theophilus Impator epistolā portās, quē honorifice suscipiens, post aliq̄t dies absoluit. Ipse uero Nouēbri Mense mediante, ad hyemandū cū exercitu Saxoniam intrauit, positisq; castris iuxta Vuisaram fluuiū, locum castrorū Heristellium uocari iussit, illuc Legati gentis Auarorū cum magnis muneribus uenerunt. de eo dem loco Abdellam Saracenū cum filio suo Ludouico in Hispaniā ire iuſ sit, & filium suū Pippinū in Italiā remisit, ipse ad disponendā Saxoniam to tum hyemis tempus impendens, ibi Natal. domini celebrauit & pascha.

Hispania partē obtinet.

Adulo.

Anno domi. incarna. D C CXCVIII. Venit ad regem legatus Haldisonsi regis Gallicíæ & Austriæ nomine Frola, Papilionē miræ magnitudinis præsen tans. Et in ipso paschæ tempore, Nordiueli trās Albiam sedentes seditione cōmota, Legatos regios qui tunc ad iusticias faciendas apud eos conuersa bantur, comprehenderunt. quosdam ex eis trucidantes, ceteros ad redimen dos seruauere. Rex itaq; collecto exercitu, de Heristelli ad locū, qui Ininda dicitur perrexit, & facto cōsilio in desertores arma corripuit, & totam inter Albiam & Vuisaram Saxoniam depopulādo perragrauit. Nordlindi cōtra Tranaschonem ducē Abrothidorū, & Helbruinū Legatum regis, commis so prælio uicti sunt, cesa sunt ex eis in eo prælio quatuor millia, cæteri qui fu gerūt, de pacis conditione tractare cœperunt. Rex acceptis obsidibus à Sa xonibus in Franciā reuersus est, & Aquis peueniēs, legationē græcorum à Constantinopoli missam suscepit. erāt enim legati Michael patritius quon dā Phrygiæ & Theophilus presbyter, epistolā Hirenæ imperatricis ferētes. Nā filius eius Constantinus imperator à suis cōprehensus, et excecatus est. hæc tamen legatio tantum de pace fuit, quos cum absoluisset, absoluit etiam cum eis Sisinnium fratrē Tharasij Cōstantinopol. episcopi, iam dudum in Italia prælio captū. Hoc anno sydus martis ī toto cœlo nō cōparuit, Insulę

Nordiueli.

Constantinus Imp. excæcatus.

Baleares à Mauris & Saracenis depredatę ſunt, Aldefonſus rex Gallitiæ, & Auſtriæ, prædata Vliſibona ultima Hiſpaniæ ciuitate, loricas, mulos, captiuoſq; Mauros regi per legatos, Frolam & Baſilicũ, hyemis tempore miſit, et celebrauit Natal. domini in eodẽ loco, & paſcha ſimiliter.

Anno dominicæ incar. DCCXCIX. Romani Leonem Papã, Letania maiore captũ excæcauerũt, ac linguã eius radicitus abſciderunt, qui in cuſtodia miſſus noctu per murũ euaſit, & ad legatos regis, qui tunc apud baſilicã ſancti Petri erãt, Vuirundum ſcilicet Abbatem, & Vuinegiſum Spoletanorũ ducem ueniens, Spoletũ ductus eſt. Rex Saxoniã ingreſſus apud Paderbrunã caſtris poſitis conſedit, & inde diuiſo exercitu, Carolum filiũ ſuum cum medietate ad colloquiũ Sclauorũ, & ad recipiendos Saxones qui ex Nordtlin dis uenerũt, in Bardẽgani direxit, in eodẽ loco Leonẽ papã ſummo cum honore ſuſcepit, ibiq; reditũ Caroli filij expectans. Leonem pontificem, ſimili quo ſuſceptus eſt honore, dimiſit, qui ſtatim Romã profectus eſt, Recepto cũ proſperitate filio, Aquis repedauit, ubi legatus Michael. Siciliæ præfecti nomine Daniel, ad eum uenit, atq; inde cũ magno honore dimiſſus eſt. Eodem anno gens Auarũ à fide quã promiſerat defecit, & Henricus dux Foroiulianorũ poſt tot uictorias proſpere geſtas iuxta Tharſicam Liburniæ ciuitatem, inſidijs ciuiũ oppreſſus eſt. Per id tempus Geroldus cum eſſet Baioariæ præfectus, cõmiſſo cum Auaribus prælio interficitur, & in Augia ſepelitur, de quo in uiſione Vuetini legitur, quod iter Martyres ſit adnumeratus. Inſulæ Baleares quæ à Mauris & Saracenis depredatæ ſunt, poſtulato et accepto à Francis auxilio à prædonũ incurſione defenſatiſunt. Signa quoq; Maurorũ in pugna ſublata regi præſentata ſunt. Vuido comes qui Marcam cõtra Brittones tenebat, cum ſocijs Brittaniã ingreſſus, totamq; perluſtrãs, in deditionem recepit, & Regi de Saxonia reuertenti, arma ducũ qui ſe tradiderant in ſcriptis ſingulorũ nominibus preſentauit. Tota itaq; Brittania quod nunquã antea fuit, Francis ſubiugata eſt. Eodem anno monachus quidam de Hieroſolymis ueniens, reliquias multas attulit regi ex parte patriarchæ Hieroſolymitani, Azan præfectus ciuitatis quæ dicitur Oſcadanis regi munera miſit. celebra. Natal. domini in eodem palatio.

Britãnia tota a Frãcis ſubiugata.

Anno domi. incarna. DCCC. Rex abſolutum Hieroſolymitanũ monachum, miſit cũ eo Zachariã preſbyterũ de palatio ſuo, & per illũ multã pecuniã miſit, per illa ſctã loca ubi dominus cõuerſatus eſt corpaliter, ipſe medio Marcio de Aquis egreſſus, littus Oceani Gallici pluſtratus, & in ipſo mari quod tũc à pyratis infeſtabatur, Claſſem inſtituit, præſidia diſpoſuit. Paſcha apd ſanctum Richardum celebrauit. indeq; per littus Oceani ad Rothomagum ciuitatẽ peruenit, ibiq; Sequana amne trãſmiſſo, Turonis ad Sanctũ Martinum orationis cauſa profectus eſt, ibiq; aliquot dies moratus eſt, propter aduerſam Lindkarde coniugis ualitudinem, quæ ibidem & defuncta & humata eſt, obijt autẽ pridie Noñ. Iunij. Inde per Aurelianos ac Pariſios Aquis palatium uenit, eodem anno pridie noñ Iulij, contra morem et naturam aſpera & gelu concreta fuit pruina, & vij. id. Iulij ſimiliter, ſed tamen nullam inco moditatẽ fructibus attulit. Menſe Aug. Moguntiæ placitũ tenuit & inde ueniens cum

exercitu Rauennam uenit, ubi VII. dies moratus Romam direxit greſſum, filium ſuũ Pippinum cũ exercitu in Beneuentum miſſo. itaq; cum Romam ueniſſet, occurrit ei pridie Leo papa, & ſenatus Romanorũ apud Nomentũ, duodecimo ab urbe lapide, & ſumma cum humilitate, ſummoq; honore ſuſcepit. prandens cum eo in eodem loco. Igitur ſtatim eum ad urbẽ præceſſit, & in Caſtrinũ, in gradibus baſilicæ beati Petri apoſtoli ſtans, miſſis obuiam Romanæ urbis uexillis cum crucibus, atq; reliquijs. ordinatis etiam, atq; diſpoſitis per congrua loca tam peregrinorũ, quàm ciuiũ turmis, qui uenienti laudes dicerent, ipſe cũ clero, & epiſcopis ante gradus eccleſiæ eum humiliter ſuſcepit. data itaq; benedictione in baſilicã beati petri apoſtoli cunctis pſallentibus introduxit. Hoc autem factũ eſt VIII. idus Decem. poſt VII. uero dies Rex concione uocata, cur Romam ueniſſet patenter indicauit, & inde cottidie ad ea, quæ uenerat facienda operã dedit, interq; quod maximum & difficilimũ erat, de diſcuciẽdis criminibus, quæ ſummo pontifici obiecta erãt. Cauſa itaq; uentilata, cum nullus probator aut teſtis legittimus appareret, qui locum controuerſiæ ſubire præſumeret. præfatus pontifex coram omni populo in domo ſancti Petri euangelium portãs ambonem cõſcendit, inuocatoq; ſanctæ Trinitatis nomine, iureiurãdo ab obiectis ſe criminibus purgauit. Eadem die Zacharias pater cum duobus monachis, uno de monte oliueti, altero de Bethleem Romam uenit, quos epiſcopus Hieroſolymorũ ad regẽ direxit, qui benedictionis cauſa claues ſepulchri domini ac loci caluariæ, claues etiã ciuitatis cũ uexillo detulerunt, quos Rex benigne ſuſcipiẽs, aliquot dies ſecũ detinuit, & menſe Aprili remũeratos abſoluit. et celebrauit ibi Rex Natal. domini.

Romã uenit Carõ.

Claues ciuitatis Hierоſolymitanæ Carolo miſſæ.

Anno Domini. incar. DCCCI. Cum rex ipſe die Natal. domini ante confeſſionem ſancti Petri ab oratione ſurgeret, Leo papa coronã capiti eius impoſuit, & à cũcto Romanorũ populo ter acclamatũ eſt, Carolo Auguſto à deo coronato, Magno & pacifico imperatori Romanorũ, Vita & uictoria. et poſt laudes more antiquorũ principum adoratus eſt, & ablato patricij nomine Impator & Auguſtus eſt appellatus. Poſt paucos dies iuſſit eos, q̃ anno ſuperiori põtificem depoſuerant, exhiberi, & habita de eis queſtione ſecundũ legem Romanam, ut maieſtatis rei, capitali ſententia damnati ſunt, pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorẽ interceſſit, Nam uita & membrorũ integritas eis conceſſa eſt, cæterũ pro facinoris magnitudine exilio deportati ſunt. Huius factiõis fuere principes paſcalis Primicerius, & Campulus ſacellarius, & multi alij nobiles Romani, qui omnes eadem ſententia damnati ſunt. ordinatis itaq; Romanæ urbis totius Italiæ, non tantum publicis, ſed etiam eccleſiaſticis & priuatis negotijs, miſſaq; iterũ ſuper Beneuẽtanos, cũ pippino filio ſuo hoſtili expeditione, ipſe poſt paſcha, VII. Kalen. Maij Romam egreſſus eſt, & uenit Spoletũ, et dum ibi moraretur, II. Kal. Maij. hora noctis ſecunda terræmotus ingens factus eſt, quo tota Italia grauiter concuſſa eſt, quo motu tectum baſilicæ beati Pauli apoſtoli magna ex parte cum ſuis trabibus corruit. eodem anno loca quædam circa Rhenum & in Gallia & in Germania terremotu tremuerũt, & peſtilẽtia propter mollitiem hyberni tẽporis facta eſt. Imperator de Spoleto Rauennã ueniẽs, aliquot dies

Eo tempore pedes pontificum nõ deoſculabantur, qua Tyranide tamẽ modo gloriantur.

Legati regis Perſarum ad Carolum.

quot dies ibi moratus, Papiam perrexit, ibi nunciatũ eſt ei Legatos Aaron, Amirmunmilin regis Perſarum portum Piſe intraſſe, quibus obuiam mittens inter Vercellis & Eboreiam eos ſibi fecit præſentari, unus enim ex eis erat Perſa de oriente Legatus regis Perſarum, alter Saracenus de Africa, Legatus Ammirati Abraham, qui in cõfinio Africæ in foſſato poſſidebat, qui Iſaac iudæũ, quẽ imptor añ quadrienniũ ad regẽ Perſarũ cũ Lantfrido & Sigiſmundo miſerat, reuerſum cum magnis muneribus nuntiauerunt, Nam Lantfridus & Sigiſmundus in itinere defuncti ſunt. Miſit itaq; Rex Erchanbaldũ notariũ in Liguriam ad naues parandas, ubi Elephas etiã inter quæ deferebantur, ſubuchebatur, ipſe uero celebrato die natiuitatis ſancti Ioannis baptiſtæ apud Eboreiam, Alpes trangreſſus in Galliam reuerſus eſt. Ipſa æſtate capta eſt Barcinona ciuitas Hiſpaniæ, iam tũc minus plus biẽnio obſeſſa, Zatuni præfectus eius, & alij q̃plures Saraceni comprehenſi ſunt. et in Italia Theate ciuitas ſimiliter capta, & flãmis exuſta eſt, eiusq̃ præfectus Rodhelmus compræhenſus eſt. Caſtella quæ ad illam ciuitaem aſpiciebãt, in deditionẽ recepta ſunt. Zatuni & Rotſelmus exilio damnati ſunt. Men. Octob. Iſaac Iudeus de Africa cum Elephãte regreſſus, portũ Veneris intrauit. et quia propter niũes Alpes tranſire non potuit, Vercellis hyemauit. Imperator Aquis Natal. domi. celebrauit.

Hirene Auguſta ad Caro. Impe. legatos miſit.

Anno domi. incarna. DCCCII. Hirene Imperatrix de Conſtantinopoli miſit Legatum nomine Leonem ad Imperatorẽ, de pace cõfirmanda inter Francos & Græcos. & Imperator Conſtantinopolim miſit Ieſſe epiſcopum Ambianenſem, & Helingandũ comitem, ut pacem cum eo ſtatuerẽt. Paſcha celebratum eſt in eodem palatio. Eodẽ anno, XIII. Ka. Aug. uenit Iſaac cum Elephante & cæteris muneribus à rege Perſarum miſſis, in præſentiam Imperatoris, nomen Elephantis erat Amhulater. Oſtona ciuitas in Italia in deditionem recepta eſt. Luceria quoq; frequenti obſidiõe fatigata, & ipſa in deditionem uenit, præſidium q̃ Francorũ in ea poſitum eſt. Imperator æſtatis tempore in Arduenna uenationibus operam dedit, & miſſo in Saxoniam exercitu, transalbianos Saxones uaſtauit. Grimaldus Beneuentanorũ dux, in Luceria Vuinegiſum comitem Spoleti qui præſidio præerat, aduerſa ualetudine fatigatum obſedit, & in deditionẽ accepit, captumq̃ cum magno honore tenuit. Imperator Aquis Nata. domi. celebra.

Albini al's.

Anno dominicæ incarna. DCCCIII. Terremotus Aquis palatio factus eſt, & mortalitas ſubſecuta eſt, Vuinegiſus à Grimaldo redditus eſt. Miſſi Impatoris à Cõſtantinopoli regreſſi ſunt, & uenerunt cum eis Legati Nicheforí Imperatoris, qui tunc rem publicam regebat, quorũ hæc ſunt nomina, Michael epiſcopus, Petrus Abbas, Calixtus & Candidus, qui uenerunt ad Imperatorem in Germania ſuper fluuiũ Sala, in loco qui dicitur Saltz. et pactũ faciendæ pacis in Chriſto ſuſceperũt, inde dimiſſi cũ epiſtola Imperatoris Romã uenerunt, inde Conſtanſtinopolim regreſſi ſunt. Imperator autem Bauariã profectus eſt, diſpoſitis Pannoniarũ cauſis reuerſus eſt, ibi Nata. domi. cele.

Saltza al's.

Anno domini. incarna. DCCCIIII. imperator Aquis hyemauit, æſtate uero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnesq̃ qui trãs Albiam in Vuihmodi habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus tranſtulit in Frãciam, & pagos trans Albianos Abrotidis dedit. Eodem die Godefridus rex Danorũ uenit cũ claſſe ſua, & omni equitatu regni ſui ad locũ, q̃ dicitur Schlieſvuich in confinio regni ſui, & Saxoniæ, promiſit enim ſe ad colloquium Imperatoris uenturũ, ſed conſilio ſuorũ territus, propius non acceſſit, ſed quicquid uoluit per Legatos mandauit. nam Imperator ſuper Albiam fluuium ſedebat, in loco qui dicitur Holdnſtein, & miſſa ad Godefridum legatione pro fugitiuis retentis, mediante Septemb. Coloniã uenit, deinde ad Arduennam ingreſſus uenationũ iocis exercitatus, Aquis reuerſus eſt. medio Nouem. nuntiatũ eſt ei Leonẽ papam, cũ eo Natal. dñi celebrare uelle, ubicunq; illi placuiſſet, quod gratãter ſuſcepit. Et ſtatim miſſo filio ſuo Carolo ad ſanctum Mauritium, eum ſuſcipere honorifice præcepit, ipſe uero obuiã illi Remorum ciuitate profectus eſt, ibiq; ſuſceptũ ad Cariſiacum uſq; perductũ, cum eo ibi Nata. domini celebrauit, deinde Aquis perduxit, & honoratum magnis muneribus per Baioariã ire uolẽtem, à ſuis deduci fecit uſq; Rauennam, cauſa autẽ aduentus eius hæc fuit. Nũtiatum eſt Imperatori Ieſu Chriſti domini noſtri ſanguinem in Mantua ciuitate fuiſſe repertum, & Imperator ad Papam direxit, rogans ut ueritatẽ rei perquireret, qui accepta occaſione Roma exeundi primo in Langobardia, quaſi pro inquiſitione prædicta profectus eſt, deinde arrepto itinere ſubito ad Imperatorem uſq; peruenit, manſitq; apud illum dies octo, & ſicut dictũ eſt Romam repedauit.

Saxones in Franciã tranſlati.

Anno dominicæ incarna. DCCCV. Cacanus princeps Auarorum Imperatorem adijt, poſtulãs ſibi locum dari ad habitandũ inter Sabariam & Carantanum, qui propter infeſtationem Sclauorũ, in priſtinis ſedibus manere non poterat, quem Imperator benigne ſuſcepit, eiuſq; precibus fauit. Eodem tẽpore miſit exercitum cum filio ſuo Carolo ſuper Sclauos qui uocantur Boemi, qui omnem terram eorũ depopulãtes, Ducem eorum qui appellabatur Letzo occiderunt. Imperator Theodonis uillã uenit, indeq; Adromarici mõtẽ uſq; profectus, ibi uenationibus exercitatus eſt, inde Theodonis uillam reuerſus Nata. domini celebra.

Carolus II. contrà Bohemos.

Anno dominicæ incar. DCCCVI. uenerũt Vuilharius, & Beatus duces Venetiæ, necnõ & Paulus dux Iadore, atq; Donatus eiuſdem ciuitatis epiſcopus, Legati Dalmatiæ in præſentiam Imperatoris cum magnis donis, & ordinatis tã Venetijs, quam Dalmatijs, eorũ miſſis abſolutis, Imperator cum primoribus & optimatibus Francorum de pace conſtituenda, & conſeruanda inter filios ſuos, & de partione regni placitũ habuit. Et diuiſione facta, in tres partes Imperiũ ſuũ partitus eſt inter tres filios, ut ſcilicet unus q̃ſq; ſciret quã partem tueri et regere debuiſſet, ſi illum patrem ſuperuiueret. de hac diuiſione teſtamentũ fecit, & ſacramentum interpoſitum à Francis confirmatũ eſt, & Leoni papæ tranſmiſſum, ut hæc decreta manu ſua firmaret, quod & factũ eſt. Poſt hæc Imparator dimiſſo utroq; filio, in regnum ſibi deputatum, Pippino ſcilicet, & Ludouico de Theodonis uilla profectus, nauigio p Moſellam Rhenum ingreſſus, ad Neomagum in Badua uenit, ibiq; tota quadrageſima fuit, & ſanctũ paſcha celebrauit, et inde Aquis rediẽs, Carolũ filium in terr

Theodonis uilla.

in terra Sclauorũ, quæ dicitur Rorabi, ſuper Albiã fluuiũ cum exercitu miſit, in qua congreſſione Miliduoh Sclauus occiſus eſt, duoq; caſtella ab exercitu cõſtructa ſunt, unum ſuper ripam fluminis Salæ, alterũ ſuper Albiam. Sclauiſq; cõpreſſis, ex hac parte Bohemos cum Baioariis atq; Alemanis aggreditur, eorũq; terrã exmaxima parte uaſtauit. Eodem anno in Corſicam inſulã contra Mauros qui eã uaſtabant, claſſis de Italia à Pippino miſſa eſt, cuius aduentum Mauri non expectantes, abſceſſerunt. Vnus tamẽ ex Francis Hademarus nomine, comes ciuitatis Genuę, cũ imprudẽter pugnaret, occiſus eſt à Mauris. In Hiſpania uero Nauari & Pampilionenſes, qui ſuperioribus annis ad Saracenos tranſierãt, in fidem recepti ſunt. Claſſis Anicephoro Imperatore, cui Geta patritius præerat, ad recipiẽdam Dalmatiam mittitur, & Legati qui fere annos quattuor ad regẽ Perſarum miſſi ſunt, per ipſas Græcarum nauiũ ſtationes tranſuecti, ac Taruiſium nullo aduerſariorum ſentiente peruenerunt. Imperator celebrauit Natal. domini Aquis palatio. Eodem anno fuit ecclypſis Lunæ, IIII. Noñ. Septẽb. erat ſtatio ſolis tũc in XVI parte uirginis, Luna autẽ morabatur in XVI. parte piſcium.

Prodigia ante obitum Caroli magni.

Anno do. incar. DCCCVII. Eclypſis ſolis facta ẽ III. idus februa. ſtante utroq; ſydere in XXV. parte Aquarij, & in eodem menſe, IIII. Kalen. Marcij, Eclypſis Lunæ facta eſt, & in eadẽ nocte apparuerunt acies in cœlo miræ magnitudinis, ſole morãte in undecĩa parte piſciũ, & Luna in xi. pte uirginis. iterũ XI Kalen. Septẽ. Eclypſis Lunæ facta eſt hora noctis tertia, Sole poſito in V. parte Virginis, & Luna in V. Piſciũ. Rutbertus miſſus Impatoris, q̃ de orientereuertebat, defunctus eſt, & Legatus regis Perſarũ noĩe Abdella cũ monachis de Hieruſalẽ, qui Legatione Thomæ patriarchæ fungebant, quorũ nomina fuere Gregorius & Felix. Gregorius abbas erat de monte oliueti, & erat natione Germanus, & à parentibus Engilbaldus uocatus eſt. peruenerunt Aquis ad Imperatorem munera ferẽtes, quæ prædictus Rex cæſari miſerat, ſcilicet Papilionẽ & tentoria atrij, uario colore reſperſa, mirę magnitudinis & pulchritudinis. Erant enim omnia Byſſina, tam tẽtoria, quàm & funes eorũ diuerſis tincta coloribus. Fuerunt etiam munera præfati regis pallia holoſerica multa, & ualde pretioſa, & odoramẽta, & Balſamum atq; unguenta. Miſit præterea horologiũ ex aurichalco arte mechanica mirifice cõpoſitum, in quo XII. horarum curſus ad clepſydram uertebatur, cũ totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarũ decidebant, & caſu ſuo ſubiectum ſibi cymbalũ reſonare faciebant, additis in eodem horologio eiuſdem numeri equitibus, qui per XII. feneſtras completis horis exiebant, & in curſu egreſſionis ſuæ, totidem feneſtras quæ prius erant apertæ, claudebantur. necnon & alia multa erant in præfato Horologio, fuerũt etiam inter prædicta munera duo cãdelabra ex aurichalco mirę magnitudinis et proceritatis, quæ omnia Aquis repoſita ſunt. Imperator igitur Legatũ & monachos per aliquot tempus ſecum retinens, poſtmodum eos in Italiam direxit, atq; ibi tempus nauigationis expectare iuſſit. Eodem anno, Burchardum comitem ſtabuli ſui, quod corrupte cõſtabulũ appellamus, cum claſſe miſit in Corſicam, ut eam à Mauris defẽderet, qui prædas illic exercebant, qui iuxta conſuetudinem ſuam de Hiſpania egreſſi, primo Sardiniam appulſi ſunt, ibiq; cum Sardis

Donã a rege Perſarum miſſa Carolo.

Horologiũ miro artificio fabricatũ.

Comes ſtabuli.

cum Sardis prælio comiſſo, & multis ſuorum amiſſis, nam tria millia ibi cecidiſſe perhibẽtur, in Corſicam recto curſu peruenerunt, ibi iterũ in quodã portu eiuſdem inſulæ, cum claſſe cui Burchardus præerat, prælio decertarunt, uictiq; ac fugati ſunt amiſſis XIII. nauibus, & plurimis ſuorum interfectis, adeo illo anno in omnibus locis aduerſa fortuna fatigati ſunt, ut ipſi ſibi iccirco hoc accidiſſe teſtati ſunt, quod anno ſuperiori contra omnem iuſtitiã de Patalaria inſula LX. monachos aſportatos, in Hiſpania uendiderũt. quorum aliqui per liberalitatem Imperatoris iterum in ſua loca reuerſi ſunt. Niceta patritius, qui cũ claſſe Conſtantinopolitana ſedebat in Venetia, pace facta cum Pippino rege, & inducijs uſq; ad menſem Aug. acceptis, ſtatione ſolita Cõſtantinopolim regreſſus eſt, & celebra. Imperator Natal. domini Aquis, & paſcha ſimiliter.

Anno domi. incarna. DCCCVIII. Hyems molliſſima, & peſtilẽs erat, Vere inchoante Imperator Niumagam profectus eſt, & celebrato ibi paſcha, iterũ Aquis repedauit, ubi nuntiatũ eſt ei Godefridum regem Danorũ copias in Abrotides traieciſſe, aduerſus quem Carolum filium ſuũ cum exercitu miſit, iubens uelano regi reſiſtere, ſi Saxoniæ terminos aggredi tentaret. Godefridus expugnatis aliquot Sclauorũ caſtellis, cũ magno copiarum ſuarę detrimẽto in patriã reuerſus eſt. Nam licet Draſconem ducẽ Abotridorum loco pepuliſſet, Godelaibũ aliũ ducẽ dolo captũ, patibulo ſuſpendiſſet, Abrotidorũ duas partes ſibi uectigales feciſſet, optimos tamen militũ ſuorũ & manu promptiſſimos amiſit, & cum eis filiũ fratris ſui, noĩe Reginbaldum qui in oppugnatione cuiuſdã oppidi, cum plurimis Danorũ primoribus interfectus eſt. Impatoris filius Albiam ponte iunxit, & exercitum cui præerat Hilinones & Smeldingos, qui & ipſi ad Godefridũ regẽ defecerant, quãta potuit celeritate tranſpoſuit, populatiſq; circunquaq; eorũ agris, tranſito iterum flumine, cum incolumi exercitu in Saxoniam ſe recepit. fuerunt cum Godefrido in p̃dicta expeditione Sclaui q̃ dicunt Vuilzi, qui, ppter antiquas inimicitias quas cũ Abrotidis habere ſolebant, ſpõte illi corpus eorũ iunxerant, ipſoq; in regno reuertente, cum præda quam in Abrotides cœperant, & ipſi domum reuerſi ſunt. Godefridus uero priuſquam reuerteret, deſtructo emporio quod in Oceani littore cõſtitutum erat, & lingua Danorũ Rerich dicebat, & magnã regno illius cõmoditatẽ uectigaliũ per ſolutionẽ p̃ſtabat, tranſlatiſq; inde negotiatoribus ſoluta claſſe, ad portũ qui Lieſtorph dicitur, cũ uniuerſo exercitu uenit, ubi p aliquot dies moratus, limitẽ regni ſui q̃ Saxoniã reſpicit, uallo munire cõſtituit, & modo ut ab oriẽtali maris ſinu quẽ illi Hoſarſalet dicunt, uſq; ad occidentalẽ Oceanũ, totam Egidorę fluminis Aquilonarẽ ripam munimentũ ualli prætexeret, una tantum porta dimiſſa, per quã carra, & equites emitti & recipi potuiſſent. Diuiſo itaq; ope inter duces, domũ reuerſus eſt. Interea Rex Nortdani brox̃ de Brittania inſula noĩe Eardulf, regno & patria pulſus, ad Impatorẽ dũ adhuc Niumagam moratẽ uenit, & patefacto aduẽtus ſui negotio, Romã pficiſcit, Romaq; rediens plegatos Romani põtificis et Impatoris in regnũ ſuũ reducitur. fuit autem Legatus apoſtolici Adulphus diaconus de ipſa Brittania, natiõe Saxo, & cũ

Obotritos alĩs.

Rerich emporium.

eo ab Imperatore missi Abbates duo, Rotfridus notarius, & Nantharius de sancto Othmaro, Imperator ædificatis per legatos suos super Albiam duobus castellis, præsidioq; in eis cõtra Sclauorũ incursiones disposito, Aquis Natal. domini celebra. & pascha similiter.

Anno domi. incarnatio. D CCCIX. Classis de Constantinopoli missa, primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit, cunq; ibi hyemaret, pars eius ad Cumaculã insulam uenit, cõmissoq; prælio contra præsidium, quod in ea positũ erat, à ciuibus uicti atq; fugati sunt. Dux aũt q; classi præerat nomine Paulus, cum de pace inter Francos et Græcos cõstituenda, quasi sibi hoc esset iniunctum, apud Pippinum regem agere moliretur, Vuillario & Beato Venetiæ ducibus, omnes conatus eius impedientibus, atq; ipsis etiã insidias parantibus, cognita eorũ fraude, discessit. Dũ hæc in Italia aguntur, Ludouicus rex in occiduis partibus cũ exercitu Hispaniã ingressus, Tortuosam ciuitatẽ super ripã Hiberi fluminis sitam obsedit, consumptoq; in expugnatione illius aliquanto tempore, postquã eam tã cito capi nõ posse uidit, dimissa obsidione cũ incolumi exercitu in Aquitaniã se recepit. Postquã Eardulfus rex Nortdanibrorũ in regnũ suũ restitutus est, cũ missi reuerterentur, Adulfus Diaconus captus est à Pyratis, sed postea redẽptus est, Romãq; reuersus. In Tuscia Populonium ciuitas Maritima à Grecis qui Orobitæ uocant, depræ data est, Mauri quoq; de Hispania Corsicã ingressi in ipso sabbato. s. paschæ ciuitatem quandã deprædati sunt, & preter episcopum, & paucos senes atq; infirmos, nihil in ea reliquerunt. Interea Godefridus rex Danorũ, per quosdam negotiatores mandauit duci qui Phrysiam preuidebat, audisse se quod ei Impator esset iratus, eo quod in Abrotides duxisset exercitũ, & suas ultus esset iniurias, addẽs se uelle denegare quod ei obiciebatur, quod fœdus promissum irrupisset, petiuit etiam Imperatorem, ut mitteret missos suos trans Albim, iuxta terminos regni sui, & ipse cum suis ibi ueniret, inuicemq; discussis causis, quæque emẽdationis digna erãt, absq; contradictione ibi corrigerentur, quod cum Imperatori nuntiatum esset, non abnuit, colloquiumque est habitum cum primoribus Danorum trãs Albiam, multisq; hinc inde prolatis, minime ad effectum res perducta est. Trasco dux Abrotidorum, postquam filium suum postulanti Godefrido obsidem dederat, collecta manu, & auxilio à Saxonibus contracto, uicinos suos Vuilzos aggressus, agros eorũ ferro & igne uastauit, regressusq; domum cum ingenti præda. accepto iterũ à Saxonibus ualidiori auxilio, Smeldingnorũ maximam ciuitatem expugnat, atq; his prosperis successibus omnes qui ab eo defecerãt, ad suam societatem redire coegit. Imperator itaq;, cum ei multa de iactatione & superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albim ciuitatem ædificare, Francorumque in ea ponere præsidium, cumque ad hoc per Galliã atq; Germaniã homines cõgregasset, armisq; ac cæteris ad usum necessariũ rebus instructos, ad locũ destinatũ ducere p Phrysiã iussisset, Thrasco dux Abroditorũ, in emporio Rerich ab hoibus Godefridi dolo interfectus ẽ. Impator postq; locus ciuitatis cõstituẽdæ fuerat explorat⁹, Egobertũ comitem

Ludouicus Hispaingressus.

Orobitæ Græci.

Dux Abrotidorum in Vuikos.

Trasco dux Abrointerfectus.

comitẽ huic negotio exequẽdo preficiens, Albiã traicere, & locũ iussit occupare. Est aũt locus super ripã sturiæ fluminis uocabulo Esselfelt. occupatus est itaq; ab Egeberto & comitibus Saxonibus, & circa idus Marcij muniri cœptus. Dum hæc circa Danos agũtur, Aureolus comes qui in cõfinio Hispaniæ atq; Galliæ trãs Pyreneum cõtra Oscã, & Cæsar Augustã residebat, defunctus est, & Amoro præfectus in locũ eius intrauit, missaq; ad Imperatorẽ legatione, se cum suis omnibus eius obsequio traditurũ promisit. Eclypsis Lunæ accidit VII. Kalen. Ianuarij.

Eiffelt.

Anno domini. incar. D CCCX. Amoror præfectus colloquiũ Imperatoris expetijt in confinio Gallici & Hispanici limitis, in eo colloquio se promisit cũ suis omnibus Imperatoris manibus commendaturum, quod licẽt Imperator annuisset, multis interuenientibus causis, remansit infectum, Mauri de tota Hispania, maxima classe collecta, primo Sardiniam, deinde Corsicam applicuerunt, nulloq; in ea inuento præsidio, insulã pene totã depopulati sunt. Dum hæc agũtur Pippinus rex perfidia ducum Venetiorũ incitatus, ipsam insulã bello, terra mariq; uexabat, subiectaq; Venetia a ducibus eius in deditionẽ receptis, eandem Classem ad Dalmatiæ littora uastãda misit. Sed cũ Paulus Cefaniæ præfectus cum orientali classe ad auxiliũ Dalmatijs ferendum aduentaret, regia classis ad propria regreditur. Rotrudis filia Imperatoris, quæ natu maior erat, Octob. idus Iunij moritur, Imperator Aquis morabatur, ubi nũtiatum est ei classem ducẽtarũ nauium de Normania in Phrysiam applicuisse, ternaq; prælia cum Phrysonibus commisisse, Danosq; uictores tributum uictis imposuisse, etiã C. lib. argẽti à Phrysonibus esse solutas, Regẽq; Godefridũ hæc coĩa agere dixit, qui nuntius adeo Imperatorem cõcitauit, ut missis in oĩbus circunquaq; regionibus ad congregandũ exercitũ nuntijs, ipse sine mora pallatio exiẽs, illas in partes tendere cœpit, transito itaq; Rheno flumine in loco qui Lippa dicit, copias quæ nondũ conuenerãt statuit operiri. Vbi cũ aliquot dies moraretur, Elephas ille quẽ ei Aarõ Rex Saracenorũ transmiserat subita morte perijt, congregatis tãdem copijs quanta potuit celeritate ad Alarum fluuiũ cõtendit, castrisque positis minarum Godefridi regis inflatus, se iactauit arroganter, quod cũ Impatore congredi uellet, sed cum Imperator in loco memorato sederet, diuersarũ rerum legationes ad eum perferuntur, nam & classem quæ Phrysiam uastabat, domum reuersam, & Godefridum à quodã suo satellite interemptũ, & Castellũ uocabulo Huobbuoki, Albiæ flumini contiguũ, in quo Odo Legatus Imperatoris erat, & erat orientalium Saxonũ præsidium à Vuilzis captũ, & Pippinum filium eius Regẽ Italiæ VIII. idus Iulij de corpore migrasse, duasq; legationes de diuersis terrarum partibus, unã de Constantinopolim, alteram de Corduba aduẽtare, pacis causa nũtiebat, quibus ille acceptis dispositis pro tẽporis cõditione Saxoniã, Aquis reuertit, tanta in ea fuit expeditiõe boum pestilentia, ut pene nullus tãto exercitui supereẽt, quin oẽs usq; ad unũ perirẽt, & nõ solũ ibi sed etiã p omne imperiũ huius generis aĩalia perierũt. Aqs ueniens men. Octob. memoratas legationes suscepit, pacẽq; cũ Nicophoro Impatore, et cũ Abular rege Hispaniæ fecit, siquidẽ Venetiã Nicephoro reddidit, et Heinricũ comitẽ dudũ à Saracẽis captũ, Abular remittẽte cœpit. Eo

Rotrudis filia Caroli mori.

Expeditio in regem Danorum.

Codefridus rex Danorũ interemptus. Pippinus filius Caroli moritur.

Pestilentia boum.

anno Sol & Lu. bis defecerunt. Sol V. idus Iuñ. & pridie Kal. Decēb. Luna XI. Kalen. Iulij, & noñ. Kalē. Ianua. Corsica insula iterum à Mauris uastata est, Amoror & Abdiraman filio Abular de Cæsare Augusta expulsus, & Oscam intra cōpulsus est. Gotefrido ut diximus mortuo, Hemmingus filius fratris eius in regnum successit, pacemq; cum Imperatore fecit.

Anno dominicæ incarna. DCCCXI. Absoluto atq; dimisso Arsario Spatario, legato Nichophori Augusti, eiusdem pacis confirmandæ gratia, legati ad Imperatorē Constantinopolim mittūtur. Haido episcopus Basilieñ, & Hug Comes de Turonis, & Ago Lāgobardus de Foroiulio, et cum eis Leo quidam Spatarius natione Siculus, Vuillarius dux Venetiæ, quorum alter ante annos X. Romæ ad Imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, & redire uolens patriam, remittitur. Alter propter perfidiam honore spoliatus Cōstantinopolim ad dominum suum duci iubetur, Cōdicta ab Imperatore & Hemmingo rege Danorū. Rex propter hyemis asperitatem quæ inter partes commeandi uiam claudebat, in armis tantum curata seruatur, donec redeunte ueris temperie, uijs apertis, aduenientibus ex utraq; parte Frācorum & Danorū XII. primoribus, super fluuium Agidoram, datis uicissim secundum ritum ac morem suū sacramentis, pax confirmaretur. Proceres autem de parte Frācorum hij fuere, Vualach, Burchardus, Bernhardus, Egbertus, Theodericus, Ano, Osdag, Vuichman, omnes cōmites, de parte ꝟo Danorum in primis in fratres Hemmingi, Ancimin, & Anganseo, deinde cæteri honorabiles inter suos uiri, quorum nomina superfluum duximus annotare. Imperator itaq; pace cum Hemmingo firmata, & placito generali secūdum consuetudinē Aquis habito, in tres partes regni sui, totidem exercitus misit, unū trās Albiā in Linones, qui & ipsos uastauit, et castrū Hohbouch superiori anno à Vuilzis destructū restaurauit, alterum in Pannoniā ad controuersias Hunorū ac Sclauorū finiēdas direxit, tertium super Brittones ad eorum perfidiam puniendam misit, qui omnes rebus prospere gestis, domū reuersi sunt, ipse autem Imperator ad classem uidendam, quam præcedēti anno fieri et fabricari iusserat, ad Bonnoniā uenit, fanumq; ibi ad nauigādum, cursus dirigendos, antiquitus cōstitutum restaurauit, & in eiusdem summitate nocte ignem accendit, inde ad Scalt fluuium ueniēs, in loco qui uocatur Gant, naues ad eandem classem ædificatas aspexit, & circa mediū Nouemb. Aquis uenit, ubi obuiauerūt ei Legati Hēmingi regis, Aoum et Hepbi munera regis & uerba pacifica regis deferentes, fuerunt etiā Aquis aduentum eius postulātes, q; de Pannonia uenerūt, Canizanci princeps Auarorum, & Thudun, & alij prīcipes ac duces Sclauorū circa Danubiū habitantiū, qui à ducibus Francorū qui in Pannonias fuerunt missi ad præsentiam principis iussi sunt uenire, interea Carolus filius Impatoris qui maior natu erat, obijt II. Noñ Decembris.

Pax inter Francos & Danos.

Anno domi. incar. DCCCXII. Hemmingus Danorū rex moritˉ, cui cū Sigefridus nepos Godefridi, & Anilo nepos Heroldi succedere uoluissent, neq; inter eos de diuisiōe regni cōueniret, cōparatis copijs, et cōmisso prælio ābo moriunt, pars tñ Anilonis adepta uictoria, fratres eius Heroldū & Regnifridū reges sibi cōstituit, quā necessario pars uicta secuta, eosdē sibi impare nō abnuit

Ambo in prælio occubuerunt.

abnuit, in eo prelio X. millia DCCCCXL. uiri cecidisse memorantˉ. Nichephorus Impator post mltas & isignes uictorias, i Mesia, puincia cōmisso cū Bulgaris prælio moritur, et Michael gener eius Impator factus, Legatos dñi Impatoris q ad Nichephorū Impatorem missi fuerūt, suscepit in Cōstantinopolim, & absoluit, cū q̄bus & suos Legatos direxit, Michaelem scilicet epm & Arsafiuni, atq; Theognostum protospatariū, & per eos pacē Anicephoro ceptam confirmauit, nā Aquisgrani ubi ad Imperatorem uenerunt, conscriptum pactum ab eo in ecclesia susceperūt, more suo, id est græca lingua laudes eius dixerunt, Imperatorem eum, & Basileum appellantes. & in reuertendo Romam uenientes in basilica sancti Petri Apostoli, eūdem pacti seu fœderis libellum à Leone papa denuo susceperunt, quibus dimissis Imperator generali conuentu Aquis solenniter habito, Bernhardum filiū Pippini nepotem suum in Italia misit, & propter famam classis, quę de Africa et Hispania aduastandam Italiam uentura dicebatur, Vuallonem filium Bernhardi patruelis sui cum illo esse iussit, quousq; rerum euentus securitatem suis afferret, hæc classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam uenit. Et ea quidem pars ad Sardiniā uenit, quæ penè deleta est. Classis Nortmānorum Hyberniā insulam aggressa, cōmisso q̄ cū Scotis prælio, multi ex eis interfecti, cæteri fuga lapsi sunt, à Grimaldo duce Beneuentanorum XXV millia solidorū auri pro tributo Imperatori soluta sunt. Eodē anno expeditio facta est in Vuilzos, & ab eis obsides accepti. Herioldus & Regnifridus reges Danorum, missa ad Imperatorē legatione, pacem petunt, et fratrē suū Hemmingum sibi remitti rogāt. Hoc anno idus Maij, post meridiē Solis eclypsis fuit.

Eclypsis So. & Lu.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXIII. Imperator Aquis hyemauit, & incipiente uernali tempore Hamalarium qui episcopatum Treuerensem tenebat, & Petrum abbatem monasterij de Nonantulas, propter pacem cum Michaele cōfirmandam, Constantinopolim misit, ac deinde habito generali conuentu, euocatum ad se de Aquitania Ludouicū filium, Coronam illi imperialˉ dignitatis impositˉ, Bernhardum nepotem suum Italiæ prefecit, Regemq; appellari iussit. Concilia quoq; iussu eius super statū ecclesiarum per totā Galliā ab episcopis celebrata sunt, quorum unū Mogūtiæ, alterum Remis, tertium Turonis, quartū Caballonis, quintū Arelate congregatum est, et cōstitutiones quæ in singulis factæ sunt, ab Impatore cōfirmatæ sunt. quas q nosse uoluerit, in supradictis ciuitatibus inuenire poterit, quanquā & earū exempalaria in Archiuo palatij habeantur. Eodem tempore missi sunt trans Albiam quidam Francorum & Saxonum proceres ad terminos Nortmanorum, qui pacē cum eis secundum petitionē ipsorum facerent, & fratrē regùm eis redderent, iuramentis itaq; ex utraq; parte datis, pax firmata est. Tamen ea tempestate reges domi non erant, sed ad Vuesterfalt cum exercitu perrexerant, quæ regio ultima regni illorū erat, inter septentrionem & occidentē sita, contra Aquilonem Brittaniæ summitatē respicit, cuius principis ac populus eorū dominationē dedignabātur, quibus perdomitis cū reuersi essent, & fratrē ab Imperatore missum recepissent, filij Godefridi regis, & nonnulli ex primoribus Danorum, qui iam dudum relicta patria apud Suiones exulabāt, attractis undiq; copijs bellū intulerūt, & cōfluentibus ad

Ludouicum filium facit Imperatorem Bernhardus nepos Rex.

Concilia quinq; habita sub Carolo.

Vuesterfalt regio Daniæ.

sepassim exomni Danorũ terra populorũ turmis, cõmisso cum eis prelio, eo regno paterno expulerũt. Eodem anno Carolus Impator obijt & Aquis in basilica sancti saluatoris, & sanctæ dei genitricis Mariæ, honorifice sepultus est, quam basilicam ipse mirifico opere à fundamento ædificare fecit, Ludouicus filius eius imperialia sceptra suscepit.

Anno domini. incarna. DCCCXIIII. Hæc quæ supra expressa sunt, in quodã libello reperi, plebeio & rusticano sermone cõposita, quæ ex parte ad latinam regulam correxi, quædam etiã addidi, quæ ex narratione seniorũ audiui. Cætera quæ sequuntur, meæ paruitatis studio descripta sunt, prout in Chronicorũ libris adnotata inueni, aut ex relatione patrũ auditu percipere potui, & de Ludouici quidem Imperatoris temporibus perpauca literis comprehẽdi, quia nec scripta reperi, nec à senioribus, quæ digna essent memoriæ commẽdanda audiui. De Lotharij uero Imperatoris, et fratrum eius Regum Francorũ gestis, plura descripsi, ubi uero ad nostra tempora uentũ est, latius sermonem narrationis protraxi. aliter enim, ut Hieronymus ait, narrantur uisa, aliter audita, quæ melius scimus, melius & proferimus.

Bernhardus filius Pippini & oculis & uita priuatur.

Anno domini. incarnati. DCCCXVIII. Bernhardus filius Pippini Rex Italiæ Aquis euocatus ad Imperatorẽ dolo capit̃, & prio oculis, post uita priuatur. habuit autẽ iste Bernhardus filium nomine pippinũ, qui tres liberos genuit, Bernhardum, Pippinum, & Heribertum, qui Heribertus Rodulfum comitem filium Baldunini interfecit nostris temporibus, & non multum post occisus est ab Alduinno satellite Baldunini Rodulfi, qui Balduninus hucusq; in Flandris ducatum tenet.

Anno domini. incarna. DCCCXXIX. Tancradus secundus abbas Prumiensis monasterij obijt, & Marcunardus ei in regimine successit, uir prudẽs, & sacræ religioni deditus.

Anno domini. incarna. DCCCXXXVI. Brittones fœdera uiolãt, & rebellare incipiunt, cũ duce suo nomine Murmano, cõtra quos Imperator exercitum producit, sed non adeo preualuit.

Ludouicus Imperiuatur Imperio.

Anno domi. incar. DCCCXXXVII. Murmanus rex Brittanorũ moritur, & Numenoio apud Ingelheim ab Impatore ducatus ipsius gentis traditur.

Anno dominicæ incarna. DCCCXXXVIII. Ludouicus à suis imperio priuatur, & priuatus custodiæ traditur. Regnicq; Monarchia Lothario filio eius p electionem Francorum datur, rursumcq; à filio Ludouico, & à Francis de custodia eruitur, ac Imperiali sede restituitur. Fuit autem hæc deiectio pro maxima parte facta, propter multimodam fornicationẽ Iudith uxoris eius.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXXXIX. Lotharius derelicta Francia Italiam petijt. Ebbo episcopus Remorum in generali synodo deponitur, ac multi alij exilio damnantur, qui in deiectione imperatoris conspirauerant.

Anno domi. incarnationis DCCCXL. Ludouicus Imperator, dum filium Ludouicum trans Rhenũ persequitur, morbo grauatur & in nauim missus per Mogonum fluui ũ in Rhenũ deducitur, ibicq; in insula iuxta Ingelheim uita decedit, inde Medio matricũ deportatus, in basilicã sancti Arnolfi honorabiliter sepulturæ mãdatur. Statimcq; Lotharius Italiam egressus imperium arripuit.

Insula Maguntiæ proxima.

Anno

Anno dominicæ incarnationis DCCCXLI. Ludouicus & Carolus indigne ferentes, q; regno paterno per omnia priuati essent, exercitum undequaq; cõtrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur apud Fontaniacum, in qua pugna ita Francoram uires attenuatæ sunt, ac famosa uirtus infirmata, ut non modo ad amplificandos regni terminos, uerumetiã nec ad proprios tuendos iposterum sufficerent. Tandem non sine graui dispendio suorum Carolus, & Ludouicus uicerunt.

Lotharius apud Fõtanetum Altisiodorensis agri uicum, uictus.

Anno dñicæ incarna. DCCCXLII. tres supradicti fratres imperium Francorum inter se diuiserunt, & Carolo occidentalia regna cesserunt, à Britannico oceano usq; ad Mosam fluuium, Ludouico uero orientalia scilicet, omis Germania usq; Rheni fluenta, & nonnullæ ciuitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum propter uini copiam. Porro Lotharius qui & maior natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter utroq; incedens, regnum sortitus ẽ, quod hactenus ex eius uocabulo Lothoringia nuncupatur, totãq; Prouinciam, necnon omnia regna Italiæ cum ipsa Romana urbe, quæ & modo ab omni sancta ecclesia propter præsentiam apostolorum Petri & Pauli, speciali quodam ueneratur priuilegio, & quondam propter Romani nominis inuictam potentiam, orbis terrarum dña dicta fuerat.

Lothoringia à Lothario nomen sumpsit.

Anno dominicæ incarna. DCCCXLVII. Hetto epus Treuirorum ex hoc seculo transijt, & Thietgandus cathedram eius obtinuit.

Anno dominicæ incar. DCCCLI. obijt Herimingardis regina, coniunx Lotharij Imperatoris, uenerabilis & deo acceptabilis matrona, quæ tres filios Lothario genuit, uidelicet Ludouicum, Lotharium, & Carolum.

Anno dominicæ incarna. DCCCLIII. Nortmani, Britãni, cum mare nauigio girantes, hostia Ligeris fluminis occupauerunt, & repentina irruptione ciuitatem Namnetis inuadunt, omniaq; cædibus, incendijs, ac rapinis depopulãtes, pontificem ciuitatis ipso die sabbato sancto paschæ, cum baptismũ ex more celebraret, in Basilica interficiunt, Clerumq; trucidant, omnemq; circũquaq; regionem deuastantes. primum ad Andagauensem, deinde Turonicam occupant urbem, ac uelut immanis tempestas cũcta prosternit, ita cuncta consumunt, Templum etiam præcellentissimi pontificis Martini incẽdio cremauerũt. Tunc primũ Nortmanorum classis (ut aiunt) Ligeris attigit littora. Eodem anno Egil abbas monasterij Prumiẽ constituitur. Circa hæc tempora Carolus Pippinum regem Aquitaniæ nepotem suum cœpit, ipsis Aquitanis eum prodentibus, eo quod pace soluta, eadem Prouincia à suis indigenis deuastaretur, & multa illic mala impune patrarentur, cœpit, & captum cum consilio eorum, & procerum attondit, & habitu monachico indutum Suessionis in monasterio sancti Medardi misit, inde duobus monachis consentientibus, simul & opem ferentibus, fuga dilapsus est, Sed iterum captus insula Nectis castro munitissimo custodiæ mãcipatur. Fuit uero iste Pippinus filius Pippini filij Ludouici Impatoris, de quo ferũt q; eũ pater uidelicet Ludouicus imperator, dum adhuc puerilis esset ætatis, uoluerit ad clericatus officium promouere, ac Drogoni episcopo Mettensi auun-

Nortmanorum maxima clades i Gallos

Pippinum Aquitaniæ regem facit monachũ Carolus Caluus.

culo uidelicet suo cõmendare, erudiendum liberalibus simul & ecclesiasticis disciplinis, Sed paternis uotis Lotharius frater eiusdem pueri, nequaquàm permisit eum attondi, sed ui abstraxit de manu patris. Erat enim idem puer (ut aiunt) ingentis pulchritudinis, cui postmodum Ludouicus Imperator pater suus cum imperium diuideret, Aquitaniam prouinciã tantum cõcessit, sed non ei in prosperum cessit, quod à dei cultura & seruitio subtractus est. Ebrietatibus enim & comessationibus die noctuq; uacans, ad extremũ mente captus, in Maniacam incidit passionem, & presentem uitam cum dedecore amisit. successorem relinquens Pippinum filium, de quo paulo superius mentionem fecimus.

Maniaca passione pippinus laborans.

Anno dominicæ incarna. DCCCLV. Lotharius conuocatis primoribus regni, imperium filijs suis diuisit, Ludouico Italiam tradidit, eumq; Imperatorem appellari fecit. Equiuoco uero idem Lothario, regnum quod ex suo nomine uocatur concessit, Carolo autem qui iunior natu erat, Prouinciæ regnũ largitus est. Dispositis itaq; atq; ordiatis regni negotijs, Valedicẽs suis, mũdum reliquit, atq; in Prumia monasterio ueniens, comam capitis deposuit, habitumq; sanctæ conuersationis susceptũ, in religionis professione diem clausit extremum, III. kal. Octobris.

Lotharius monachus efficitur.

Anno dominicæ incar. DCCCLVI. Lotharius rex Thietbirgam reginam sibi in matrimonium iunxit, ex qua coniunctione maxima ruina non illi solũ, sed etiã omi regno eius accidit, sicut in sequẽtibus luce clarius apparebit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLVIII. Carolus rex filius Lotharij Imperatoris moritur, qui Prouinciam regebat, & ex regno quod tenuerat facta ẽ non modica controuersia inter Rotharijũ regẽ, & auunculũ eius Carol.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLVIIII. Lotharius Hucberto abbati interlurum & mõtem Louis commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, ut pote affinitate coniunctus, propter fororem Thietbergam.

Anno dominicæ incarna. DCCCLX. Egil abbatiam Prumiensem sua sponte dimisit, & Auspaldus in regimine successit, uir omni sanctitate & bonitate conspicuus. His temporibus Ludouicus senior, frater Lotharij Imperatoris plurima bella strenuissime gessit aduersus Sclauorum gẽtes. Siquidem Marahensium regna ingressus, armis cũcta perdomuit, capto eorum principe nomine Rastitz, cui etiã propter uiolata fœdera oculos erui iussit. Ea tempestate inter principes Caroli, magnum discordiarum ac litium efferbuit incẽdium. Denicq; Lambertus qui ducatum tenebat iter Ligerim & Sequanam Viuianum potentẽ uirum dolo interfecit, rursum eũdem Lambertũ Ganzbertus comes eque dolo trucidauit. Idem Ganzbertus iussu Caroli decollatus est. Destitutam terram principibus & consilio nudatam perspiciẽtes, Britones arma corripiunt, fines regni Francorum iuadunt, Ligerim transeunt, & usq; Pictauis progrediuntur, cædibus, rapinis, ac incendijs omnia depopulantes, oneraticq; ingenti præda ad propria redeunt. Ad compescendam uero huius presũptionis insolentiam, Carolus cum magno exercitu Britaniam intrauit, pugna cõmittitur. Saxones qui conducti fuerunt ad excipiendos uelo-

Rastitz.

dos uelocium equorum anfractuosos recursus, in prima fronte ponũtur. Sed primo impetu spiculis britonum territi, in acie se recondunt. Britones more solito huc illucq; cum equis ad huiuscemodi conflictum exercitatis, discurrentes, modo confertam Francorum aciem impetunt, ac totis uiribus in medio spicula torquent, nunc fugam simulantes, insequentium nihilominus pectoribus spicula figunt. Franci qui quominus strictis gladijs pugnare consueuerant, attoniti stabant, nouitate autem inexperti discriminis perculsi, nec ad insequentium idonei, nec in unum conglobati tuti, Nox superueniens bellum diremit. Multi ex Francis interfecti, quamplurimi uulnerati, innumerabiles equi perierunt. Sequenti die rursus pugna inchoatur, sed grauiori infortunio finitur. Quod cernẽs Carolus nimio terrore dissolutus, nocte inscio exercitu clam aufugit, derelicto Papilione, tentorijs, & omni regio apparatu. Mane facto cum exercitus fuga lapsum regem comperisset, nimia formidine repletur, nihilq; aliud nisi de fuga meditatur. Britones cum clamore irruunt, & Castra Francorum omnibus diuitijs referta inuadunt, omnemq; belli copiam capessunt, fugentia Frãcorum agmina insequuntur, obuios quosq; aut ferro cædunt, aut uiuos capiunt, reliquos fuga seruauit. Ditati itaq; Britones opibus Francorum, armisq; instructi, in suas se recolligunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXI. Carolus placitum habuit in Cõpendio, ibiq; cum optimatum consilio, Rodberto comiti ducatum inter Ligerim & Sequanam aduersum Britones cõmendauit, quem cum ingẽti industria per aliquod tempus rexit.

Rex Britonũ moritur.

Anno dominicæ incarna. DCCLXII. Numeneus rex Britonum moritur, diuino nutu percussus. Nam cum ecclesias dei deuastaret, & confinia crudeliter depopularetur, eo quod Carolo debitam fidelitatem seruarent, quadam die cũ equũ ascendere uellet, ut cœptã maliciam consumaret, repente uidit ãte se sãctũ Maurilonem epm astare, sibi hæc toruo uultu, & terribilibus oculis ingeminantem, Desine iam crudelis prædo ecclesias dei uastare. His dictis, baculum quem manu gestabat eleuans, eum in capite percussit, qui à suis in domum reportatur, uitam cum regno finiuit. Fuit autem iste Maurilo episcopus Andagauensis urbis, cuius ciuitatis termini cohærebant finibus Britaniæ, & ideo ab eis grauiter depopulabatur. filius Numenei Herispius regnum paternum obtinuit.

Maurilo.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXIII. Carolus iterum cum imenso exercitu fines Britonum ĩtrauit, sed minime ut optauerat prævaluit, Nouissime autem eis pacem fecit. Datis itaq; ex utraq; parte obsidibus & sacramẽtis, Herispius rex ad eum uenit, eiusq; dominationi se subdit. Carolus uero magnis muneribus, honoratum Herispium in regnum abire permisit, ipse in Franciam reuertitur.

Herispius rex Britonum.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXIIII. Lotharius Rex cœpit occasiones quærere, qualiter Thietbergam reginam à suo cõsortio separare potuisset, quã exosam habebat propter Vualdradã, que eius fuerat cõcubina, cũ adhuc

Thietbergã uxorẽ repudiat Lotharius ob pellicẽ Vualdradam Colonien. epi sororẽ

cum adhuc adolescens esset in domo paterna, Hancsiquidem diabolo inflā
mante, nimio diligebat amore. Guntherium itaq; Colonien sis urbis pōtifi
cem, qui eo tempore erat archicapellanus, Rex primo per subintroductos
missos, deinde per semetipsū super huiusce modi dissidio oīi arte aggredi-
tur, & ut facilius assensū præberet, promisit se eiusdē episcopi neptē in ma-
trimoniū acceptuꝝ, tantū ut predictā Thietbergā eius, aliorumq; episcopo-
rum auctoritate, & licentia repudiare, quacūq; ratiōe potuisset. Qui, ut erat
leuis animo, ac inconsideratus actione, protinus omni intentione introduci-
tur, uana spe, ut postea claruit, seductus. Rursus idem Guntherius Thiet-
gandum archiepiscopum Treuirensem, hac de causa alloquitur, & sciēs esse
uirum simplicem, nec adeo ī diuinis scripturis eruditum, canonicisq; sāctio-
nibus exercitatum, ex utriusq; testamenti paginis quasdam sententias pro-
fert, quas aliter, quam ecclesiastica regula docet, edisserens, uirum improui
dum secum in foueam trahit, Cæcus cæco ducatū prestans. Quid plura? fa-
cta sunt omnia, quæ huic commento uidebantur esse necessaria. Concilium
Mettis cōuocant, reginam quasi canonice euocatam, in medio statuūt, testes
producunt una cum scriptis, quæ ualde grauia crimina imponebant, inter
alia protestati sunt q; eadem Thietberga confessa fuisset, semetipsam fratris
germani incestuoso concubitu esse pollutam. Continuo statuta patrum de
incestuosis recitantur, & non solum à legitimo uiro separatur, uerum etiam
oīis copula maritalis inhibetur, pœnitentia iuxta modū culpæ inducitur, &
tali nefaria machinatione diu exoptata uoluntas regis adipletur. Non mul-
to post interiecto tempore iterum conuentū Synodalē Aquisgrani coadu-
nāt, ubi Rex libellum suæ proclamationis obtulit, ubi continebatur, qualit
in quadā fœmina Thietberga noīe, factiosis perfidorū hominum argumen
tis fuerat defraudatus, īmo non mediocriter repetiuit, quod iudicio episco-
porum dissidij sententiam pertulisset, Quæ si idonea esset, coniugali thoro
& pestifera incestus pollutione fœdata non fuisset, nec uiuæ uocis confessio
ne publicē condēnata, sponte eam retineret, Porro se incontinentē esse pro
fessus est, & sine copula iuuenilis ætatis ardore ferre nō posse. allatis itaq; di-
uersorum conciliorum uoluminibus, multa de incestuosis replicata sunt, q-
bus recitatis, hāc diffinitiuā sētētiā protulerūt. Credimus illā nō fuisse idoneā
ac legitimā cōiugē, nec; adeo p̄patā esse uxorē, quæ publica cōfessione ince
stuoso fornicationis crimie denotata, pbat. Quocirca glorioso prīcipi nr̄o, p
sua in diuino cultu deuotissima assertione, atq; uictoriosissima regni tuitiōe,
cui non solū nos, uerūetiā canonica auctoritas interdixit incestuosū coniu-
gium, legitimū matrimoniū à deo illi concessum non denegamus, iuxta in-
dulgentiam dicentis apostoli, Melius est nubere, quàm uri. His ita patratis,
Vualdrada iā in publicum procedit, stipata obsequentium multitudīe, oīsq;
regia aula resultat Vualdradā reginam esse, Guntherij episcopi neptis ad re-
gem accersitur, ac semel, ut aiunt, ab eo constupratur, atq; cum cachinno, &
omniū derisione ad auunculū remittitur. Igitur agentibus fratribus Thiet-
bergæ reginæ, hæc omnia ad noticiā Nicolai papæ deferuntur, qui eo tem-
pore Romanæ præsidebat ecclesiæ.

Anno dominicæ incarnati. DCCCLXV. missi sunt Hagano & Rodoaldus apostolicæ

Sororē alīs.

Colonien. & Treue rensis episcopi ma gno eorum malo in diuortium regis cō sentiunt.

Concilium Metēse

Cōuctus Aquisgra ni.

Vualdrada olim cō cubina in uxorem datur regi.

Vualdrada constu prata à rege, remitti tur episcopo Coloni ensi.

apostolicæ sedis legati in Galliam ad discutiendum, Vtrum res ita se habe
ret, sicut sūmo pontifici nunciata fuerat, qui in Franciam uenientes, pecunia
corrupti, magis fauerunt iniquitati, q; æquitati. Tamen ad regem perueniē
tes, cum ei declarassent legationis suæ causas, tale responsū ab eo acceperūt,
se nihil aliud egisse, nisi quod episcopi ipsius regni in generali Synodo sibi
agendū præmonstrassent. Dederunt autem idē legati consilium regi, ut illos
episcopos qui illi Synodo præfuerant, ad sedem apostolicā destinaret, qui
uerbis ac scriptis uniuersali papæ satisfacerēt. Legati īmensis ditati opibus,
Romā regressi sunt, nunciauerunt q; Præsuli quæ in Gallijs uiderant & au-
dierant, adicientes se nullum sapientem episcopum in regno Lotharij īueni
sse, qui ad liquidum canonicis esset institutus disciplinis. Interea Thietgan-
dus, & Guntherius archiepiscopi Romam profecti sunt, ea animi intentio
ne, & ut regem innoxiū in supradicto facto demonstrarent, & se cum cæte-
ris coepiscopis ecclesiastica, atq; apostolica exercuisse decreta. Stultitiæ qui-
dem elogio denotandi, qui illam Petri sedem aliquo prauo dogmate fallere
posse arbitrati sunt, quæ nec se fefellit, nec ab aliqua hæresi unquā falli potu-
it. Itaq; cum in præsentia Nicolai papæ uenissent, libellum obtulerunt ī quo
continebantur gesta Synodalia, quæ in Mediomatrico urbe, & Aquis, ab eis
statuta fuerant. Qui cum à Notario coram omnibus recitatus esset, interro-
gauit pontifex si hæc scripta uerbis confirmarent, Responderunt incōueni-
ens uideri, ut quod proprijs manibus roborauerant, uerbis īfirmari mallēt,
Et sic nec repulsa, nec admissa eorum assertione, iussi sunt ire ad hospitia sua
quousq; reuocarentur. Paucis interpositis diebus, ad Synodum quam papa
congregauerat sunt accersiti, ubi eorum damnata, & anathematisata sūt scri
pta, & ipsi, omnibus adiudicantibus episcopis, presbyteris, & diaconis,
sunt depositi, & omni ecclesiastica dignitate priuati. qui tam turpiter deho-
nestati, Ludouicum Imperatorem, fratrē Lotharij regis adeunt, qui ea tem-
pestate Beneuentanis morabatur, in partibus scriptis ac dictis uociferantes
se insuste esse depositos, ipsi Imperatori, & omni sanctæ ecclesiæ iniuriam
esse factam, cum nūq; auditum sit, uel uspiam lectum, quod ullus metropo-
litanus sine conscientia principis, uel præsentia aliorum metropolitanorū
fuerit degradatus. Adiecerunt insup multa alia, blasphemantes eundē papā
quæ hic superfluum duximus enumerare, existimātes eiusdē se imperatoris
adminiculo, simul & intercessionis ope, & criminis obiecti aboleri notam,
& pristinę dignitatis recupare statū. Sed spes eorum frustrata est, quāuis Im
perator omnibus uotis illis opitulari uoluisset. Thietgādus depositionis suæ
à sede apostolica, prolatam sententiam patienter ferens, iuxta precedentem
consuetudinem, nihil omnino de sacro ministerio contingere præsumpsit.
Guntherius uero superbiæ spiritu īflatus, uetitum sibi officium usurpare au
su temerario non expauit, paruipendens apostolicam excōmunicationem.
Reuertuntur igitur in Franciam debita confessione repulsi, Et dum iterum
ac tertio sedem apostolicam, reparationis et restitutionis gratia adissent,
nouissime in Italia infirmitate præuenti, peregrini, & exules moriuntur,
cōmunione laicali sibi tantum concessa.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXVI. Arsenius episcopus apocrisa-
rius & con

Episcopi ambo Ro mam uadunt.

Ambo episcopi mo riuntur exules.

sarius & consiliarius Nicolai papæ, uice ipsius directus est in Franciam, quo perueniens tanta auctoritate & potestate usus est, acsi idem sūmus Prę-sul adueniſſet. Conuocato denicp episcoporum conuentu, Lotharium regem allo quitur, ut unum e duobus eligat, aut proprię reconcilietur uxori, abdicato Vualdradę pellicis consortio, aut ptinus anathematis gladio feriretur, ipse oēscp ei in hoc scelere fauorē prestātes. Hac necessitate cōpulsus uel constrictus, uellet nollet, Thietbergam reginā in matrimonium recepit, interposito iurisiurandi sacramento, se illā ita in reliquum habere, sicut equitatis iura dictāt. Legitimā uxorē esse tenēdā, nec eā à se separaret, nec ipsa uiuēte, aliā super eā induceret. Post hec Vualdradam ex auctoritate dei & sancti Petri, & uerbo domini apostolici, Romā ire iubet, ut pro se rationem reddere studeat. Engildrudā uxorem quondā Busonis comitis, à sede apostolica excōmunicatam esse, oīmibus declarauit, quia proprium deseruerat maritum, & Vuangerum suū uassallum in Gallias secuta fuerit, quā excōmunicationē cum oīmibus qui aderant episcopis renouauit. Post hæc eadem Engildrudæ prędicto Arsenio in Vuormatia ciuitate se repręsentauit, in quo loco prefatus episcopus Ludouico regi occurrerat. Iurauit igitur in præsentia ipsius missi sacramentum, hunc modum continens, Ego Engildrudis filia quondā Matfridi comitis, quæ fui uxor Busonis comitis, Vobis dño Arsenio episcopo misso, & apocrisario sūmæ sanctæ catholicæ, atcp apostolicæ sedis, & per uos domio meo Nicolao sūmo pontifici, & uniuersali papæ, iuro per patrē, filium, & spiritū sanctum, et per hæc quatuor Christi dei euangelia, quæ ore osculor, & manibus propriis tango, quia amodo relictam illā malicia, quā in prenominato Busone uiro meo exercui, ut ouis perdita quæ fuit, ad sanctam catholicā atcp apostolicam, sub eadem obligatione qua dominus Nicolaus sūmus pontifex & uniuersalis papa me obligauit, reuertar ecclesiam, & in Italico regno, aut uobiscum, aut ante uos, quoquomodo prouideritis ibo, & quicquid dominus apostolicus iusserit uel terminauerit adimplebo, uel perficere non recusabo. Sed tam horribile iusiurādum nō adipleuit, Siquidem uscp Danubij fluenta cum eodem Arsenio perrexit, ibicp ad quēpiā consanguineum pro Caballorum adminiculo ire condixit, & ad Augustam ciuitatem ad eundem missum se reuersurā pollicita est. Tali occasione gressum torquens ex Alemania, in Franciam repedauit, quod cum supradictus Arsenius cognouisset, epistolam misit omnibus archiepiscopis, & episcopis, atcp omnibus sanctæ dei ecclesiæ fidelibus Galliæ, Germaniæ, ac Neustriæ cōmorantibus, obtestans oīes per auctoritatem dei oīpotentis, & beatorum principū Petri & Pauli, & domini pontificis & uniuersalis papæ, ut nullus eam in suā parrochiam reciperet, sed eā funditus in omnibus ecclesijs suis prædicarent excōmunicatā, & ab oīi christianorum cōmunione sequestratā, insuper & anathematis uinculo innodatam, & iter impias & sceleroſas dampnatam, donec de pestiferis factionibus suis, atcp perpetrato periurio ante domini apostolici præsentiam dignā acciperet pœnitentiam. His sūmatim cōmemoratis reuertamur ad Lotharij regis ingemiscendā causam Legatus itacp apostolicæ sedis, compositis in Gallia rebus, Romā unde uenerat reuersus est, rursuscp Vualdrada, eiuscp complicibus decertantibus, regis ani

Lotharius recōcilia tur uxori Thietbergæ.

Engildruda uxor comitis Busonis.

Forte non abs re ægre tulit legatus abitionem tā dulcis comitis.

regis animus aduersus Thietbergam commouetur, excitātur iræ, & insopitis discordiarum & odiorum cineribus, denuo copiosus ignis acccenditur. Despicitur, abominatur, reicitur, adulterij crimen ipingitur, omnicp ingenijarte exquiritur, qualiter puniri, quasi rea possit. Illa prouidens imminere sibi mortis periculum, latenter ausugit, & ad Carolum perueniens, eius se tuitioni cōmisit, quod cum fama diuulgante, Nicolaus papa cognouisset, misit Carolo regi epistolam collaudatoriam, hæc continentem. Inter alios sanctæ ecclesiæ religiosos propugnatores, & ueritatis strenuos defensores neminem magis super Thietbergam glorioſæ reginæ contritione sollicitū, neminem magis ipsius incommoditatibus condoluisse, quàm uestræ pietatis affectum recolimus. Et post congruentem exhortationem addidit, Excellentiam uestram nolumus ignorare adeo Lotharium regem, Thietbergam coniugem suam diuersis afflictionibus subdidisse, & innumeris pressuris contra prescriptā iuramenta subegisse, ut nobis coacta nunc scriberet, regia se uelle exui dignitate sine copula, & solam priuata uita fore contentam. Cui nos rescripsimus non hoc aliter fieri posse, nisi eandem uitam coniunx eius Lotharius elegisset, Verum sicut multorū relatu didicimus, ipse Lotharius conuentum celebrare dispoſuit, & eandem Thietbergam ex animi proprio & iudicio subicere meditatur. Et siquidem eam prestigijs falsitatis suæ, uel argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, uult eam penitus à se sequestrare, Sin autem uult eam tanquàm ppriā quidem uxorem accipere, sed deinde quasi mechata fuerit, insimulare, atcp propter hoc hominem suum, & hominem Thietbergæ, ad monachiam impellere, & si homo ipsius reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni diuinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ uestræ, credimus, iam aduertit. Sed & nos hinc aliquid strictim uolumus demonstrare, prius asseuerantes quod de retroacta controuersia, Thietberga non debet ulterius ad iteratā responsionē prouocari, quoniā quod bene semel definitum est, & interpositis sacramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ibi fuerit maior auctoritas, retractari. Deinde quod ecclesiæ refugium quærens, ecclesiasticum iudicium semper expetēs, submitti non debet seculari iudicio. Post hæc uero cum nos ex utracp parte idē tam à Lothario, cp à Thietberga fuerimus puocati iudices, noscp amborū controuersiā executi simus, ad nullos alios conuenit super hoc negocio iudices cōuolare. Cum secundū sacros canones à iudicibus quos cōmunis cōsensus elegerit, nō liceat puocare, & ubi cōcessa est puocatio, non nisi ubi maior est auctoritas, liceat prouocare. Itacp cū non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborū negociū executa est, usquā maior auctoritas, nescimus si alicui liceat de eius iudicio iudicare, uel eius retractare sententiā. Et post pauca. illud uero quod Lotharius Thietbergā de adulterio criminatur, qs non uideat dolo eē plenū. Denicp si ut ipe iactat uxor eius nō est, nō ptinet ad eū, illi de adulterio calūniā texere, cū nec mechari potuit, si alicuius uxor nō existit. porro si à Lothario de adulterio accusat, & si uicta fuerit, ultio pparatur, necesse ē ut fateat uxorē, & qbusdā interpositis. preterea siue de cōiugij fœdere, siue de adulterij crimīe iudiciū sit agitādū, nulla rōne patet Thietbergā cū Lothario posse

Tiethberga ausug.

legalē inire conflictū, uel legitimū cōtrouersiæ subire certamā, nisi prius ad tempus suæ fuerit reddita potestati, seu & suis consanguineis libere sociata, inter quos etiam locus prouidendus est, ubi nulla uis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere, uel cæteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quàm à uenerādis Romanorū legibus in huiusce modi controuersijs requiruntur. Verum hæc non ut fiant dicimus, quæ sine decreto, & ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus.

Accensus itaque idem sanctissimus pontifex zelo dei, quo fuerat sacerdos quōdam inflāmatus, Vualdradā ipso die purificationis sāctæ Mariæ dei genitricis, in Basilica excōmunicauit, & ab oīi christianorū consortio separauit, destinauit epistolā omnibus episcopis per Germaniā, & Gallias cōstitutis, causas & modum excōmunicationis continētem, cuius sensū quàm uerborum seriem, causa breuitatis potius placuit ponere. Decreueramus quidem circa Vualdradam mecham, & pertinaciter in ipœnitentia permanentem, uindictæ modum minus districte temperare, & iuxta quod merebatur non ita pro scelere sententiā in eam iustæ punitionis proferre, nisi obstinato animo in mechiæ Volutabro perenniter permanere proposuisset. Igitur quia monita nostra, & crebras exhortationes cōtempsit, quia culpam suā nec dum cognouit nec confessa est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequendam suscepimus, ueniam postulauit. Postremo cum recto itinere nos illi fuerat adeundum, & beati Petri apostoli suffragia requirenda, retro est conuersa post Sathanā, necnō & Thietbergæ reginæ dolos struere, cœpta iteritus meditatione, nō cessat, cū egregio apō dicimus, quod contra cā, contraq; eius simile sæpius replicandum est, quia secūndum duriciam suam, & cor īpœnitens thesaurisat sibi iram in die iræ, Idcirco nos eam de factis suis excōmunicauimus, donec ecclesiæ christi, nobisq; præcipue, qui eius principaliter curam gerimns, quicq; causam ipsius exequi ac inuestigare cepimus, satisfecerit, donec etiam siniſtram omnē suspicionem consilium nostrū suscipiens, adimat, ac præcioſi corporis & sanguinis domini perceptiōe, atq; ab omnimodo cōsortio sanctæ ecclesiæ, sancti spiritus, beatorumq; apostolorum Petri & Pauli iudicio, & nostræ mediocritatis auctoritate fecimus, prorsus cū uniuersis complicibus, & cōmunicatoribus, fautoribusq; suis prorsus extorrē. Hanc sententiam IIII. noñ. Februarij à nobis promulgatā meminimus, eamq; scripto uobis destinauimus, & ne labor uester inanis constituatur, spiritalis nobiscum uestra fraternitas, aduersus iam dictam mechā, & cōmunicatores eius arma sustollat, & in parrochia sua excōmunicatā hanc, fautoresq; suos, una uoce unusq;sq; denunciet, donec nostro speciali iudicio digne se pœnitentiæ submittat. Direxit etiam Lothario regi idē reuerendissimus pōtifex epistolā, hæc continentem. Audito reuerenti misso nostro, correctionis tuæ (ut ita dicamus) initio, gratias deo condignas egimus, & ut tibi dq; grates competibiles referremus, animum præparauimus. Sed heu aduersa nuncia huius intentionis nostræ proposito celeriter obuiauerunt. Quapropter compulsi sumus mutare uocem, & qui ad gratiarum actiones os aperire disposueramns, in luctus & increpationes, ad hoc officium linguæ coacti dirigimus. Didicimus em̄ te qui prolixo tempore in scelere pmanēs, eccliæ

dei non mo-

dei non modicū nocuisti, nocere adhuc, & qui in sordibus eras, sordescere adhuc. Siquidē, ut opinamur, tibi non sufficit solum adulteriū perpetrasse, ni si apponas, ut etiam animas hominum periurij laqueis irretitas, in extremū demergas interitum. Sed quid miꝝ, si paucorum animabus periurio exitium acquisisti, quando in tāta sublimitate positus, per exemplū tuæ mechæ tot hominū milia ī perditiōis Chaos præcipitaueris. Illud autem qd Thietberga, quasi Vuoldradæ testimoniū dicēs eā fuisse tuā legitimā uxorē, uolēs aut inuita frustra conatur astruere, quando quidē illius nullus prorsus hinc testimonio quis indigeat, cū magis nos ita sentiamus quod iustū est, & intelligamus quod equū, ut etiā Thietberga mortua, tu nullis legibus, nullis regulis unquā Vualdradā in uxorem possis, aut permittaris assumere. Vtrū ergo Vualdrada legitima tua fuerit aliquando coniunx, ecclesia dei satisfactione Thietbergæ non eget. Vnū tamen scimus, quō nec nos eadem ecclesia dei, auctore deo, qui adulteros iudicabit, te si Vualdradā quandocūq; resumpseris, etiā Thietberga decedente, dimittet modis oīibus impunitum. Et post pauca. itaq; sūmo studio præfatam Thietbergā coniugem tuam tanquàm propriam fouere carnem, ac diligere procurato, & ne illā à te separare ullo pacto consentias uigilanter attende, unde si uult à te discedere, corrige, īmo corripe eam, & à tali intentione per omnia reuocare satage. Iam uero si amore pudicitiæ separationē quærat, & coniugalis connubij solutionē efflagitat, certum est apostolo dicēte, Quoniā mulier sui corporis potestatē non habet, sed uir, uerum si & ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu copulā dissoluere uis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum, quos deus cōiunxit, homo non separet. Deus tamen, & non homo separat, quando diuini amoris intuitu, ex consensu utriusq; coniugis matrimonia dissoluuntur. Si ergo hoc modo uis, gratuito permittimus animo, celeremq; prebemus assensum, aliter autem fieri mutuā uestram separationem, phibemus. Porro si sterilitas accusatur, cogites Saram nonagenariā, Annam quoq;, simul & Elisabeth, quam tamen sterilitatem fortasse nō facit infœcūditas, sed iniquitas. Ergo glorioſissime Rex esto propria contentus uxore, & præter illius, alterius ne quæras cōsortiū. Igitur consilium nostrū accipe, & monita nostra tanquàm affectuosi patris amplectere, atq; ab omni prauitate mētem, linguam, corpusq; refrena, præcipue Vualdradæ pellicis tuæ, & dudū à te repudiatæ cōmunionem declinās, & eius consortium perpetuæ obligationi contradens, Excommunicata est enim, & usque ad præsentiam nostram ab omni christianorum contubernio sequestrata, sicut totus iam nouit Occidens, & iam quę per missos nostros minime cum plagis cæteris Oriens ignorabit. Quamobrem cauendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro unius mulierculæ passione, & breuissimi temporis desyderio, uinctus & obligatus ad sulphureos fœtores, & ad perēne traharis exitium. Et paucis interpositis epistolam sic concludit. Hec autem nos tibi nunc scripsisse, & quasi inter nos & te nostra uerba excessus tuos corripientia discurrisse sufficiat. Cæterum pręcaue neqñ nobis secundū pręceptū duos aut tres testes adhibeamus, Immo uero ne hoc ecclesiæ sanctæ dicamus, & quod non optamus, decetero fias sicut Ethnicus & publicanus.

Ecce ex multis pauca notare curauimus, ut sic nesciẽtibus ex parte fierẽt cognita, ut tamẽ scientibus nõ per oĩa esset onerosa. Qualem uero exitum huius pestiferi morbi pernicies attulerit (Apostolico renuẽs antidoto mederi) quantaq; regni dispendia ex hac mortifera contagione fecit, supradictus papa spiritu sancto afflatus prædixerat, quæ in subsequentibus suo in loco demonstrabimus. Circa hæc tẽpora Ludouicus rex fratris sui Caroli regnũ cũ exercitu ingressus est, gestiens occidentalia regna suo dñatui subiugare, ffrĩq; prærípere debitã portionẽ, quæ ei sorte ac funiculo hæreditatis cõpetẽter acciderat, oblitus germãitatis ac cõsãguinitatis fœdera, oblitus pacti qdã dudũ mutua cõuentione pepigerat, Immemor etiã sacramentorũq; quibus se cũ magnis execrationibus corã deo obligauerat. Prębuerãt ad hoc facinus pagẽdum, occasionẽ, incitamẽta, fomitẽ. Carolus, ut præmisimus, quosdã ex nobilioribus regni, aut publice adiudicatos gladio pcussit, aut dolo deceptos perdidit. Cæteri formidãtes ne sibi ĩa paterent, Ludouicũ regem trãs Rhenum cõmorantẽ sollicitant, eiusq; animũ ad obtinendũ fratris regnũ illiciũt, promittentes semetipsos una cũ regno, eius ditioni tradituros. Hac psuasione, ut animi regũ auidi, & sẽper ĩexplebiles sunt, facile in spẽ introductus, cũ ualida manu, ut diximus, terminos regni ĩtrauit. Carolus sentiẽs uiros regni à se defecisse, ĩ ultimis finibus Aquitaniæ, Lugiæ latibulum quæsiuit, Ludouicus, ut cæperat, regnũ obtinuit, ac usq; Retnẽsẽ ciuitatẽ puenit. Dimisso ꝯo exercitu, in Germaniã ac ꝓpria redire cũ opũatibus regni cœpit, negotia disponere, sed subito fortuna mutat, Nã principes q eum in regnũ introduxerant, uidentes q longe aliter incederet erga eos, cẽq; existimauerãt, pœnitudine tacti, ad Carolũ reuertũt. Carolus ex desperatis rebus, uires se recepisse congaudẽs, contractis undiq; copijs, fratrem bello aggredi tentat. Ille ituẽs, & à suis ꝙs secũ adduxerat, & abhis ꝙs ibi acqsisse uisus fuerat, se eẽ destitutũ, maturius fugã arripuit, & cũ debita ꝓfusiõe ffies regni excessit. Hac tẽpestate Hucbertus abbas frĩ Thietbergæ regĩæ cõtra Lotharĩũ regẽ rebellare exorsus ẽ. Collectaqppe prędonũ ualida manu, rapĩas cepit exercere, infectisq; aut fugatis Lotharĩj fidelibus, q finitima possidebãt loca, agros, uillasq; eorũq; suę factiõis sectatoribus distribuit. Ad huiuscemõi temeritatẽ cõprimẽdã, Lotharius rex semel, iterũq; atq; tertio exercitũ ꝓduxit, frequẽter etiã cũ ducibus armatorũ multitudinẽ direxit, sed minime hãc pręsũptionẽ extingue repotuit, quia loca ĩaccessibilia erãt ĩter Iurã, & Alpes Appẽninas, seditiosis munitissima itinera, & difficilẽ ingressũ præstantia. Attamẽ idem Acephala Hucbertus nouissime à Cõrado comite perẽptus ẽ iuxta castrum, quod Vrba dicitur.

Animi regum auidi & inexplebiles.

Salomõ dux Britonum.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXVI. Herispoius rex Britonũ à suis interficitur, & Salomon dux in loco eius subrogatur. Erat enim iste uir strenuus & bellicosus, & tam forma quàm animo ad regni gubernacula coaptatus. Corolus tertio super Britones cum exercitu irruere disponit, sed cum ad terminos gentis appropinquasset, audito quod ad resistendum totis uiribus parati essent, subito mutata uoluntate, magis elegit pacem susc ipere, cẽq; bellũ inferre, facta itaque pactione cum Salomone, quam dudum cum Herispio fecerat, discessit.

Anno

Anno do. incar. DCCCLXVII. Nortmãni orã Ligeris fluminis occupãtes, nã Mettensem, Andagauẽsem, Pictauensem, atq; Turonicam prouinciã itẽrato crudeliter depopulari cœperũt, contra quos Ruotbertus qui Marchiam tenebat, & Ranulfus dux Aquitaniæ collecta multitudine, aciem dirigunt. illi sentientes se exercitu insequi, cum summa acceleratione ad classem repedare contendunt, sed cum appropinquare insequentium multitudinem cernerent, cognoscentes se effugere non posse, quandã uillã ingrediuntur, ubi se quantũ hora permisit cõmuniunt. Erat aũt in eadẽ uilla basilica pergrandis ex lapide cõstructa, in qua maxima pars Nortmanorũ introiuit cum duce eorum nomine Hastingo, Ruobertus & Ranulfus cum socijs superirruunt, quoscunq; extra basilicã reperiẽt, absq; mora trucidant, ad ecclesiã peruenientes, cum uidissent locum munitum, & animaduertissent non modicam turbam paganorum intrinsecus latitantem, parumper deliberantes, castra in circuitu statuunt, tentoria figũt, ut in crastinum extructis aggeribus, applicatisq; machinis hostes totis uiribus expugnarent, declinabat quippe iam sol ad occasum, Ruobertus nimio calore exæstuãs, galeam & loricam deposuit, ut aura collecta paulisp refrigeretur, cumq; unus quisq; in positione castrorũ intenderet, repẽte Nortmanni à munitione exiliunt, & cum ingenti clamore super Ruobertum ac socios impetũ fecerunt. Sed quamuis repentini & subitanei casus etiam fortissimos uiros in bello cõturbare soleant, tamen arma quàm citius corripiunt, hostes uiriliter excipiunt, & cędẽtes in Basilicam redire cõpellunt. Ruobertus absq; galea & lorica accurrens, cum incautius dimicaret, & inimicos ultra insequeretur interfectus est, in introitu ipsius ecclesię, eius corpus iam exanime Nortmanni intrinsecus trahunt, porrò Ranulfus cum eminus stans, euentũ rei specularetur, à quodã Nortmãno per fenestram basilicæ sagittæ ictu grauiter uulneratus est, & à suis ex certamine educto, uix triduo superuixit. Tali infelici infortunio pugna cõmissa & finita, exercitus amisso capite, errore pariter ac mœrore repletus, soluit eadem hora obsidiõem, & ad propria reuertitur, Nortmanni ouantes ad classem dirigũt gressum. Nõ multo post interiecto tempore Hugo Abba in locum Ruoberti substitutus est, uir strenuus, humilis, iustus, pacificus, & omni morũ honestate fũdatus, siquidẽ Vdo & Ruobertus, filij Ruoberti adhuc paruuli erant, qñ pater extinctus est, & iccirco nõ est illis ducatus cõmissus. Per id tẽpus gens Saracenorũ in Beneuẽto ex Africa ueniẽs, uniuersam penè regionẽ illã inuaserũt, cędibus, rapinis, ac incendijs oĩa depopulãtes. cõtra quos Ludouicus Imperator exercitũ contrahit, & uerĩtus ne forte aduersus innumerabilem hostiũ multitudinem uires regni non sufficerent, ad fratrem in gallias legatos mittit, omnino exposcẽs ut ad prefatę nequissimę gentis uires extenuãdas, audatiamq; refrenandam, sibi cum dei auxilio uirtute quoq; Francorum opitularet. qui nihil cunctatus, exercitum cum ingẽti industria unde quaq; contrahit, fratriq; quanta potuit celeritate in adiutorium uenit, ubi plurima bella gesta sunt, non solum fortiter, sed etiam feliciter, deo opem ferente. Inter hæc exercitus Lotharij graui peste fatigatur, ex insueto quippe calore, & in tẽperie aeris dissolutus, Dysenteriæ uel Cliente rię morbo corrípit, ex qua plaga innumerabilis multitudo extincta est, plurimi etiam

Aranearum morsibus plurimi perierunt.

rimi etiam aranearũ morsibus perierũt, ut iam tunc daretur intelligi, quod propter duritiã, & cor inpœnitẽs, Deus nõ solũ Lothario, uerumetiã omni regno eius aduersaretur. reuertitur itaq; in Franciam nõ sine graui, ut dictũ est, dispẽdio suorum.

Nicolaus pontifex moritur.

Anno dominicæ incarna. DCCCLXVIII. Nicolaus sanctissimus & beatissimus papa, post multos pro Christo labores, multa pro sanctæ ecclesiæ inuiolabili statu certamina, migrauit ad cœlestia regna, recepturus pro administrata fideliter sibi credita dispẽsatione, à largissimo Domino in marcessibilem gloriæ coronã. de cuius, deo placitis actibus, plura poterant dici relatu digna, nisi breuitati studẽtes, causas rerum magis summatim notare, quàm explanare proposuissemus. Denicq; post beatum Gregoriũ usq; in præsens, nullus præsul in Romana urbe pontificali honore sublimatus, illi uideẽ equiparandus. Regibus ac Tyrannis impauit, eisq; ac si Dominus orbis terrarũ, auctoritate præfuit. epis & sacerdotibus religiosis, ac domini mãdata obseruantibus humilis, blãdus, pius, mãsuetus apparuit. in religiosis et à recto tramite exorbitantibus, terribilis atq; austeritate plenus extitit, ut merito credatur alter Helias (Deo suscitante) nostris in temporibus resurrexisse, & si non corpe, tamẽ spiritu & uirtute. Huic, sanctissimæ memoriæ, uiro Adrianus in põtificatum successit, quod cum Lotharius rex, certa relatione cõperisset, ei talia scripta direxit. Infausta relatio & inambigua hactenus manens (ut ita dicamus) acriter nostræ serenitatis trãsuerberauit aures, intimãdo quod beatæ recordationis, dominus Nicolaus ab hac lachrymarum ualle uocãte Christo decesserit, cum sanctis ut credimus inæstimabiliter coronãdus. Nec differt ut omnis Christiana religio de tãto pontifice doleat, & omnis ecclesiasticus ordo de prudentissimo papa ingemiscat, reuera nos potius deflemus, qui causas nostræ calumniæ, & fraudulentas emulorum nostrorũ querimonias, tam benigno patri æquitatis ac iustitiæ lance ponderandas ac determinandas ad tempus, & in parte commisimus, sed quod lugubrius repli camus, plus apud sanctitatem illius ualuere inimicorũ insidiæ, & simulatæ deceptiones, quã nostra simplex & pura defensio. Nos enim literis & uerbis indesinenter proclamantes, & diuersis legationibus eadem repetentes, humiliter postulauimus, ut nos & accusatores nostri, iuxta diuinas et humanas leges sui pontificij audiẽtiam mereremur, ut ratio docet nostrã præsentiam exhibendo. Sed semper repulsi sumus. & post pauca. Sed quia deus omnipotẽs princeps pastorum, in illa sancta sede uestri pontificatus apicem sublimauit, si tempus arriserit, uestrum multipliciter desyderamus conspectum, & nostris deo dignis animari colloquijs, ac melliflua benedictione potiri. & in fine ipsius epistolæ. Interea modis omnibus obsecramus, ut de uestra optabili prosperitate literis uestris, celsitudinem nostrã certã reddentes, charæ filiaciõis munus nobis impartiri dignemini.

Ad hæc supradictus papa rescripsit sedem sancti Petri semper paratam esse dignam satisfactionem suscipere, nec quod diuinæ humanæq; leges iuste decernunt, unquam repulisse. itaq; si immunem ab obiectis se sciret, cum omni fiducia sedem apostolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionẽ percíperet

ciperet, si culpã aũt recognosceret, nihilominus absq; hesitatiõe uenire festinaret, condigna pœnitentiæ remedia susceptur.

His temporibus gens Bulgarum ferocissima, ac bellicosa, relictis idolis, abrenuntiatisq; gentilium superstitionibus, in Christum, & pro maxima parte credidit, & abluta salutari baptismatis unda, in religionẽ Christianã trãsijt. Directi sunt autem à sede apostolica in eandem gentem sacerdotes, ac uiri religiosi, qui populum adhuc rudem diuinis informarent præceptis, & inculta barbariem sacris dogmatibus excolẽtes, Christo gratum habitaculum præpararent, ut huius uere sanctæ deuotionis opus prosperum obtineret effectum. Ludouicus Christianissimus rex, qui germanis Impabat, non mediocre præbuit supplemẽtum. Ferunt aũt de huius gentis rege, quod à tanta perfectione post perceptam baptismi gratiam cœperit, ut diebus ornamentis regijs indutus, corã populo procederet, noctibus uero sacro uestitus, latẽter ecclesiã intrãs, super pauimentũ ipsius basilicæ, substrato tantũ sibi cilicio prostratus in oratione iaceret, non post multum tempus diuina inspiratiõe cõmotus, regnum terrenum dimisit, ut in cœlis eternaliter regnaret cũ Christo. Et ordinato in suum locum regem filium suũ maiorem natu, comam capitis deposuit, habituq; sanctæ conuersationis susceptо, monachus effectus est. eleemosynis, uigilijs, et oratiõibus die noctuq; intẽtus. Interea filius eius quem regem cõstituerat, longe à paterna intentione, & operatione recedẽs, prædas cœpit exercere, ebrietatibus, comessationibus, & libidinibus uacare, & omni conamine ad gentilitatis ritum populum nouiter baptizatum, reuocare, quod cum pater audisset, nimio zelo accensus, sacrum habitum deposuit, & militiæ cingulum resumpsit, & cultu regio indutus, adsociatis sibi deũ timentibus, filiũ persecutus est, quẽ mox absq; difficultate cœpit, oculosq; eius effodit, & in carcerem misit, deinde cõuocato omni regno suo, filium iuniorem regẽ cõstituit, interminatus coram omnibus similia fore passurũ, si in aliquo à recta Christianitate deuiaret, his ita patratis depositо cingulo, & resumptо sanctæ religionis habitu, in monasterium ingressus, in sancta conuersatione reliquũ uitæ præsentis tempus duxit.

Bulgarorũ Rex monachus fit.

Pater oculos effodit filio.

Anno domi. incar. DCCCLXIX. Lotharius Romã profectus est, quo cum peruenisset, ab Adriano põtifice honorifice susceptus est, qui ab eodẽ præsule scisitatus, si monita pij patris domini Nicolai cum omni uigilãtia hactenus obseruata haberet, & præstitum iusiurandum inuiolato fœdere custodiret, quod ab illo deceptus, qui in ueritate non stetit, qui non solum mendax est, sed etiã pater oĩs mẽdacij, respondit se ita omnia obseruasse, ac si diuinitus sibi essent imperata, cunq; proceres & optimates qui cum eo uenerãt, eadem testificarentur, nec ulla opposita persona inueniretur, qui aduersus regiam auctoritatem, legittimum auderet controuersiæ inire certamẽ, uniuersalis papa talia prosequitur. si uestræ testificationis uerbis ueritas suffragatur, cũ omni alacritate mẽtis, omnipotẽti deo multiplices gratiarũ actiones referimus. Restat ergo fili charissime, ut ad confessionem sancti Petri accedas, ubi deo propitio, hostiam salutarẽ pro tua non tantum corporis, quàm animę incolumitate immolabimus, ex qua te nobiscum participare oportet, ut per hanc

Lotharius Romam uenit.

per hanc participationem membris Christi, unde abscisus esse uidebaris, me rearis incorporari. Finita igit missarũ solẽnia, inuitat summus pontifex eun dẽ regẽ ad mẽsam Christi, acceptoq; in manibus corpe & sanguine dñi, ita eum alloquit, si innoxiũ te recognoscis à phibito, atq; interdicto tibi à Nicolao adulterij scelere, et hoc fixa mẽte statutũ habes, ut nunq; dieb⁹ uitæ tuæ, Vualdradæ pellicis tuæ dudũ à te repudiatæ miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & sacramentũ salutis ẽternæ, tibi ad remissionẽ peccatorũ profuturum percipe, si autem tua conscientia te accusat, & letali uulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente disponis in mechiæ uolutabro, nequaquã sumere præsumas, ne forte ad iuditium & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia. Qui mente captus, obduratus pariter & obcæcatus absq; retractione communionem corporis, & sanguinis domini de manu pontificis sumpsit, nõ expauescens illam sententiam quæ dicit, horribile incidere in manus Dei uiuentis. Qui enim manducat et bibit indigne, iuditiũ sibi manducat & bibit. Deinde conuersus idem præsul ad sequaces, ac fautores regis, unicuiq; communionẽ obtulit in hæc uerba. Si domino ac regi tuo Lothario, in obiecto adulterij crimine fautorẽ nõ præstitisti, neq; cõsensum præbuisti, & Vualdradę & alijs ab hac sede apostolica excõmunicatis non communicasti, corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi prosit tibi in uitam æternam. Igitur quisq; s in his se læsum scies ausu temerario cõmuniõem sub tali cõtestatione porrectam sumere præsumpsit, diuino iuditio percussus, ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis anni rediret principiũ, perpauci qui se à cõmunione subtraxerũt, uix mortis periculum euaserunt. Porrò Lotharius Roma egressus morbo corripitur, & Placentia ciuitate peruenies, diem clausit extremũ VI. idus Agust. Tanta autem strages in præfati regis populo facta est, ut non peste perisse, sed hostili gladio corruisse uirtus ac nobilitas tocius regni uideretur, quæ eo tẽpore tantæ fœcũditatis erat, ut in modũ densarum segetum pullulans, ueluti quoddam examen imperij fines impleuerit.

Lotharius moritur.

Carolus certa relatione comperiens Lotharium regem obisse, mox illius occupare ditionẽ nitit, Mettisq; ueniens, ab Aduentio, prefatæ urbis epo, & nonnullis alijs primoribus fauorabiliter exceptus, in regnũ sublimatus, indeq; digrediẽs, Aquisgrani palatium ingressus est, eo quod sedes regis esse uideret, ubi multo plures ad eum confluxere.

Carebat autem ea tẽpestate urbs Treuirorũ, & Colonia Agrippinensis pontificibus, siquidem ut præmisimus, amborum præsules in Italia ab hac luce subtracti sunt. Inito aũt rex cum optimatibus cõsilio, Bertulfum nepotẽ supradicti Aduentij episcopi, ecclesiæ Treuirorũ præfecit. Dictum est autẽ ut iste uir episcopalẽ obtineret dignitatẽ interuentu, & ope predicti aduentij, qui eo tempore plurimũ apud regem poterat, eo quod illi assentando in adipiscendis regni negotijs ambitiosius faueret.

Aduentius episcopus Mettensis.

Porrò coloniæ Agrippinæ rex Hilduuinum abbatẽ præponere tentauit in pontificali cathedra, fecitq; à Francone episcopo Tungrensis Diocœsis, in Aquispalatio presbyterũ ordinari ad titulũ sancti Petri, p̃dictæ Metropol.

Dum hæc

Dum hæc in regno Lotharij agũtur, Ludouicus rex infirmitate detẽtus, in Baioariorũ finibus lecto decũbebat, audiẽs itaq; à fratre sæpe dictum regnum taliter inuasum, ægre tulit, & cũ omni festinatione legatos direxit, qui eum obnixe rogarẽt, ut ab hac temeraria inuasiõe cessaret, nec solus indebita præsumptione usurparet, quod utriusq; hæreditario iure æqualiter cõpetebat, regno decederet, quousq; Deo pristinam sospitatẽ reddente, uenire posset, ut pariter colloquerẽtur, & de eiusdẽ regni statu, qd' iustitiæ, & æquitatis iura dictabãt, pari uoluntate decernerent. His cum tali mandato præmissis, interim Luidpertum archiepiscopum Maguntiæ urbis, occulte Coloniam dirigit, hortaturq; ut omni arte satageret ordinationem Hilduini præuenire, & ex ipsius ciuitatis clero, episcopũ consecrare studeret per electionẽ ciuium, qui assumptis secum alijs episcopis, recto itinere Duiza castrũ peruenit, & formidãs ne forte insidiæ sibi à Caroli fautoribus molirentur, nequaquam Rhenũ transijt, sed destinatis missis, mãdauit ut honestiores ex clero, & nobiliores ex populo sibi ad idẽ castrũ occurrerent, illis iussa cõplentibus episcopus ex parte regis eos alloquitur, ut sibi consulerent, & quã citius ex proprio grege præsulem eligerent, se ad hoc destinatũ esse, ut quencũq; communi consilio preficiendum decernerent, statim consecraret. Ad hæc illi respondẽt Hilduinũ episcopũ esse datũ, iamq; presbyterum ad ipsam sedem ordinatum, omnesq; penè manibus datis eius dominationem susceptã haberent, nulla ratione permitterent ut aliũ eligerent, quibus ille econtra, si electionẽ nobis à rege cõcessam despicitis, in arbitrio & potestate regis est, quẽ nobis uelit dare epm. his auditis unanimiter elegerũt Vuilibertũ uenerabilẽ uirũ, quẽ nimiũ renuentẽ ac refugientẽ, ordinauit p̃dictus antistes, cũ alijs cõsacerdotibus, & cũ omni clero & populo Rheni fluenta trãsfretauit, & eũ honorifice in sede pontificali imposuit, omnibusq; rite peractis sub omni celeritate recessit. Carolus comperta ordinatione nimio furore accenditur, ac mox Coloniã proficiscitur, quippe dũ hæc agerentur, à missis Ludouici Hilduinus apud Aquis palatiũ in regio obsequio morabatur. Vuillibertus episcopus, & omnes qui in eius ordinationẽ consenserant Rhenũ transeuntes, sæuitiã regis declinauerunt. Rex cum neminem reperisset, in quem suas iniurias ulcisci posset, uia qua uenerat, regressus est. Interea iterum legati à Ludouico mittuntur, orantes ut à regno discederet, sed cum minime acquiesceret, nouissime Luidpertum archiepiscopum, & Altfridum epm de Saxonia prudentissimũ uirum, Ludouicus legatos dirigit, mandans ut unum è duobus eligeret, aut cito à regno recederet, aut sibi pugnãdum cum fratre foret. qui eum tanta ingenij arte, tantaq; constantia aggrediuntur, ut absq; dilatione recederet, & in proprio regno se reciperet. Post hæc supradicti regis conuentum celebrare disponũt, in loco qui dicitur Marsana iuxta Mosam.

Per electionem ciuium olim Episcopi præficiebãtur.

Anno domini incarnatio. DCCCLXX. Ludouicus & Carolus una cum optimatibus & proceribus suis ad Marsanã uenientes, regnũ quondam Lotharij æquis partibus inter se diuiserunt. qualiter autẽ hæc diuisio facta sit, quia omnibus penè notũ sit, superuacuũ duximus adnotare. Carolus cõuentu absoluto, ad Heristellium prexit, qa ei idẽ palatiũ in parte acciderat, Ludouicus ⁊o

Vuillibertus epi. colonien. contra Hilduinum fit.

ad Aquis palatium rediit, ubi duobus fere mensibus lecto decubuit, aduersa ualitudine præuentus.

Flametū alis. Denicq; cum à partibus orientis ueniēs Ribuariorū terminos intrasset, in quandam Regiam uillā, nomine Flamersheim ad hospitiū diuertit, cunctq; solarium domus cōscendisset, stipatus obsequentiū multitudine, repente ipsum solarium, quod nimia uenustate & putredine resolutū fuerat, trabibus fractis corruit, & inter ruinas eius Rex grauiter attritus ē, ita ut duæ costæ eius à sua conpage disiungerentur. et cū omnes accurrissent eumq; periisse arbitrarentur, ipse à loco in quo ceciderat surgēs, suis se repræsentauit, afferens se nihil mali passum, & ultra quā credi potest dissimulato languore, sequenti die cōtra fratrem ad Marsana proficiscitur. Tanta huius principis duritia, tanta animositas fuit, ut cum etiam fragor fractarum costarum adinuicem colli dentium à nonnullis audiretur, nemo tamen propter hoc audierit eum suspirium trahentem, uel gemitum emittentem.

Ludo. rex, casu costas duas fregit.

Carolomanus oculis priuatur. Per id tempus Carolus Carolomanū filium suū oculis priuauit, siquidē prædictus rex ex Hirmandrude regina tres filios susceperat, Carolū scilicet, Carolomanū, & Ludouicū, sed duo ex his infeliciter perierūt. nēpe Carolus leuitate iuuenili ductus, tentare uolēs Albuini & Bettonis audatiā, ac sæpe laudatam cōstantiam, alium se esse simulans, cum ex uenatione uespertinis horis idem Albuinus quadā die reuerteretur, super eum solus impetū fecit, uelut i equum in quo uiolenter ablaturus. ille nihil minus existimans quàm filiū regis, euaginato gladio ex aduerso eum in capite percussit, moxq; terræ prostrauit, deinde multis uulneribus cōfossum semiuiuū reliquit, arma pariter & Caballū suū secum auferēs, debilitatis ergo membris, ac uultu deformatus, pauco tempore superuixit. Albuinus cognito quod regis filius esset, in quē talia exercuerat, celeriter aufugiēdo mortis periculum declinauit.

Carolus Caroli filius ab Albuino trucidatur casu.

Porrò Carolomanus cum adhuc esset puerulus, iussu patris attonsus, clericus effectus est, deinde procedente tēpore ad Diaconatus officiū, quamuis inuitus atq; coactus in præsentia genitoris ordinatus est, legitq; publice euangeliū, & pōtifici missam celebranti iuxta morē ministrauit. Post hæc per apostasiam recedens ab ecclesiastica religione, abiciens ac spernens negligēter gratiā, quæ ei data erat, per impositionem manus, alter Iulianus efficitur, collecta q̄ppe prædonū nō modica turba, ecclesias dei cœpit deuastare, ea quæ pacis sunt impugnare, cūcta diripere, & inaudita mala ꝓpetrare, pro quibus cum crebro à patre correptus fuisset, nec tamē ullatenus accepta prauitas cessaret, nouissime ex præcepto patris ei oculi eruūtur, ut supra meminimus, iusto dei iudicio. lucē exteriorē amittēs, qui interiorē, quę Christus est, à suo pectore effugauerat. in tenebras exteriores missus, qui interioribus sua sponte se tradiderat, orbatusq; Ludouicū auunculum suū adijt, miseriarū & calamitatum suarum erumnas apud eum lugubriter deplorans, ille miseratiōe motus Absternatū monasteriū sancti Vuillibrodi ei ad subsidiū uitæ præsentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus est & sepultus.

Carolomanus apostata.

Anno do. incar. DCCCLXXI. Adrianus papa migrauit ad dominū, & Ioannes summi pōtificis culmē adeptus est. his diebus Adalgisus dux Beneuētanus græcorū ꝑ suasionibus corruptus, aduersus Ludouicū Impatorē manū leuauit,

leuauit, etenī eius horta tu plurimæ ciuitates, puinciarū, Samnij, Cāpaniæ et Lucaniæ à Ludouico recedentes, græcorū dominationi se subdiderunt. qui bus cognitis Imperator in prouincia Samnitica exercitū transfert, petiturus harum prouinciarū caput Beneuentum, ditissimā & opulentissimam ciuitatem. Adalgisus aduentare exercitū sentiēs timore perterritus, ad callida argumenta conuertitur, & Beneuento egressus, Imperatori ultro se offert, paratum se esse, & semper fuisse ad eius obsequiū profitetur, nunquam defectoribus se assensum p̄buisse, iuramēto cōfirmat, deinde muneribus regē sibi conciliat, ac mox in pristinā recipit gratiā. Imperator in Campaniā & Lucaniā ad ciuitates quæ defecerant copias transponit, quas absq; difficultate in deditionē recepit, excepto Capua, quæ quia quadrato lapide erat cōstructa, audatiā repugnādi ciuibus præbuit. Cingitur itaq; obsidione, omnisq; aditus introndi penitus intercluditur, in circuitu uastatur, cuncta hostili rapacitate diripiunt. Nouissime uites, oliueta, & cęteræ fructiferæ arbores radicitus excidunt. Capuani desperatis rebus ep̄m ciuitatis adeunt, corpus sancti Germani episcopi, cuius animā uenerabilis pater Benedictus in sphera ignea ab angelis in cœlū uiderat deferri, in feretro leuāt, & sic portis aptis supplices castra Impatoris petunt, orantes eiusdē sancti interuētu sibi ueniā largiri. Augustus ut totis pietatis uisceribus affluebat, misericordia motus, erratus atq; excessus benigne indulsit, præcepitq; exercitui ab excidio retrahere manū. Expulsis itaq; Græcis, custodes ex numero satellitū in ciuitatibus quas rece perat, locat, & Beneuentū proficiscit, ubi aliquātisper pdecreuerat imorari. Exercitus longa ciuitatū obsidione fatigatus, genitale solū cœpit suspirare, post emensos labores quietē desyderare, coniugiū ac liberorū dulces amplexus, ante oculos mētis reuocare, & hac ex causa, paulatim cottidie diffluere. Interim Adalgisus ut erat callidus ingenio, Impatorē alloquit, cur uires suorū nullis existentibus causis pfligaret, cur agros uillasq; suæ ditioni subditas hostiliter depopulari permitteret, oporteret ut & fessis optata cōcederent, & regio quę iā penè deuastata erat, clemētia prīcipis saluarē. Flexus his suggestionibus Impator exercitū, & pro maxia pte absoluit, & ad propria repedare permisit, ipse cū paucis in eodē loco remanet, nil aduersi suspicatus, Adalgisus regē suorū uiribus cernens, iā dudū conceptā iniquitatē parturit, & cū suæ cōspirationis sectoribus palatiū in q̄ Impator meridie q̄escebat, occupare nititur. Rex à strepitu & clamore irruētium excitatus, lecto desilit, arma corripit, & cū perpaucis corporis sui custodibus, ad ostiū domus turbatus repētina inruptione procedit, aditūq; ferro intercludens, hostē à liminibus arcet. Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedē retrahit, palatiūq; flāmis iubet exuri. Interea rex indutias sibi dari petit, pacēq; obnixe deposcit, cui responsum est nō aliter petita impetraturū, nisi prius iureiurādo deuouisset, nunq; se diebus uitæ suæ Beneuenti fines intraturū, neq; ex calumnia quā tunc patiebatur, uindictā aliquando exacturum, allatis itaq; sanctorum pignoribus, necessitate cōstrictus, Sacramentū quod abeo exigebat, iurauit, statimq; postera die à Beneuēto exiuit.

Prouinciæ quædā à Ludouico Impe. deficiunt.

Adalgisus.

Capua obsidetur.

S. Germanus.

Adalgisi callidū & Italicū ingenium.

Anno domi. incar. DCCCLXXII. Ludouicus Imperator Romā uenit, ibiq; cōuentū celebrās, corā summo pōtifice mīta sup Adalgisi tyrānide cōquestus

est. Tunc à senatu Romanorum idem Adalgisus Tyrannus, atq; hostis rei publicæ declaratur, bellũ etiã aduersus eum decernitur. Ioannes papa Imperatorẽ à iuramento quo se obligauerat, auctoritate dei & sancti Petri absoluit, adfirmans nihil obesse, quod ob mortis periculũ euadendum coactus fecerat. Nec sacramentũ esse dicendũ quod cõtra salutem reipublicæ, quamuis cum multis execrationibus, fuerit probatũ. His exhortationibus principis animus ad rediuiua certamina prouocat, tamẽ ne à suis periurus diceretur, nequaq; ipse contra tyrannũ procedit, sed reginã cum exercitu dirigit. Adalgisus certis indicijs colligens, bellũ aduersum se summis uisceribus parari, hostemq; se ac Tyrannum esse denuntiatũ, sue nequitiæ cõscius, metu perterritus, & spem uitæ in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibiq; ad tempus latuit.

Adalgisus in Corsicam fugit.

Anno dominicæ incarna. DCCCLXXIII. Locustarum inæstimabilis multitudo mense Aug. ab oriente ueniens, totã penè peruastauit Galliam, quæ maiores erãt cæteris locustæ, habebantq; sena alarũ remigia, & mirũ dictu est, ut castrorũ acies, distinctis ordinibus per aera ferebantur, uel terrę incũbentes castra metiebantur. Duces cum paucis exercitũ itinere unius dei preibãt, quasi loca apta multitudini prouisuri. circa horam nonam ubi duces pridie uenerant, insidebant. nec à loco occupato mouebantur, quousq; sol suũ repræsentaret ortũ, tunc per turmas suas proficiscebantur, ut in paruis animalibus disciplinam militarem cerneres, segetibus uescebantur, quæ ab eis ita depastæ sunt, ut ueluti immani tempestate consumptæ uiderentur, spatium diurni itineris quattuor aut quinq; miliaribus extendebatur, puenerunt autemusq; ad mare Brittanicũ, superficiẽ terrę cooperiẽtes, in quo, Deo uolente, uiolẽto uentorũ flatu impulsæ, atq; in profundũ asportatę, demersæ sunt. Æstu uero atq; refusione oceani reiectæ, littora maritima repleuerũt, tantaq; congeries facta est, ut ad instar montiũ cumulatæ coaceruarentur, ex earum fœtore ac putredine aer corruptus, diram pestẽ finitimis generauit, ex qua multi perierunt.

Locustæ Galliã deuastant.

Locustarũ ordo militaris.

Per id tempus Carolus Adagauensem obsidebat urbem, denicq; Nortmanni postquam Ruodbertum & Ranulfum, & alios generosæ stirpis uiros, qui patriæ terminos armis tuebantur, Deo habitoribus terræ aduersante, occiderunt. cum nemo inueniretur, qui eorũ uiolentiæ resisteret, sollicitati paucarũ ciuitatũ uel regionum deceptione, ex præda singularum, quantæ opes uniuersarũ essent aio, pspicientes, Andegauis ciuitatẽ ciuibus fuga dilapsis, uacuã reperientes ingrediunt, quã cum munitissimã, & pro situ loci inexpugnabilẽ esse uidissent, in lætitiã effusi, hãc suis suorũq; copijs tutissimũ receptaculũ aduersus lacessitas bello gentes fore decernut. protinus nauibus per Medanam fluuium deductis mulieribus, & paruulis, ueluti in ea habitaturi intrant, diruta reparant, fossas, uallosq; renouant, & ex ea prosilientes, repẽtinis incursionibus circũiacentes regiones deuastant. Quod cum Carolo tã pernicioſa pestis in uiscera regni intercluſa nunciata esset, illico ex omnibus regnis quæ suę ditioni parebant, ueluti ad cõmune incendium extinguẽdum, exercitum colligit, atq; castris in circuitu positis, ciuitatem obsidione cinxit. et quia Medana fluuius à partibus Brittaniæ urbis murum abluebat,

Medana fluuius.

Salomoni regi Britonum mandat, ut contractis auxilijs citius aduẽtaret, ut cõmunem hostem communibus uiribus expugnarent. Qui assumptis secũ multis Britonum milibus, super ripam fluminis Medanę tentoria fixit. Igit ex omnibus partibus urbe obsidione circũdata, multis diebus undiq; summa uirtute dimicat, & noua & exquisita machinamentorum genera applicantur, sed conatus regis prosperitatis affectum nõ obtinuit, quia & loci facies non facilem præbebat accessum, & paganorum ualida manus, quia pro uita res erat, summo resistebat conamine. Exercitus immensæ multitudinis cũ longe obsidionis tędio, famæ, & grauí pestilentiæ morbo attereretur, cernẽtes Britones urbem inexpugnabilem, conati sũt fluuium à suo alueo deriuare, ut exsiccato naturali meatu, naues Nortmanorũ iuadere possent. Cœperunt itaq; fossam miræ profunditatis ac latitudinis aperire, quæres tantæ formidinis metum Nortmanis ingessit, ut absq; dilatione ingẽtem pecuniã Carolo pollicerentur, si soluta obsidione, eis ex suo regno liberum præberet egressum. Rex turpi cupiditate superatus, pecuniam recepit, & ab obsidione recedens, hostibus uiam patefecit, illi conscensis nauibus, in Ligerim reuertuntur, & nequaquam ut spoponderant, ex regno eius recesserunt, sed in eodem loco manẽtes, multo peiora & ĩmaniora, quã antea fecerunt.

Anno dñicæ incarnationis DCCCLXXIIII. Ludouicus Imperator qui Italiæ regnum regebat, moritur. Fuit uero iste princeps pius & misericors, iustitię deditus, simplicitate purus, ecclesiarũ defensor, orphanorũ & pupillorę pater, eleemosynarũ largus largitor, seruorum dei humilis seruitor, ut iustitia eius maneret in seculum seculi, & cornu eius exaltaretur in gloria.

Eodẽ anno Salomõ rex Britonum à Pasquitano, & Vurfãdo ducibus suis dolo interficitur, post cuius mortem cũ hij duo regnum eius inter se diuidere uellent, sed in diuisione dissentirent, eo quod maxima pars Pasquitani partibus faueret, bellum ab utrisq; fũmis uiribus instauratur. Pasquitanus quãquam maiore multitudine abundaret, Nortmanorum tamen auxilia pecunia conducit, eacq; ad supplementũ uirium suo exercitui miscet, & mox contra emulũ ad pugnã proficiscitur. Vurfandi satellites uidentes uires regni ad Pasquitanum concessisse, cœperunt ab eo diffugere, ut uix mille cũ eo in acie remanerent. Qui & ipsi ceperunt suadere, ut secederent, mortisq; periculũ declinarent, se cum paucis innumerã multitudinem sustinere non posse. Ad hæc ille respondit, Absit inquit optimi cõmilitones, ut hodie faciã quod nũquã feci, scilicet ut inimicis meis terga uertam, & gloria nominis nostri infamet. Melius nobiliter mori, q̃ ignominia uitã seruare, nec diffidẽdũ de uictoria, fortunæ uires cũ hostibus experiamur. Neque em̃ salus est in multitudie sed potius in deo, huiusce modi exhortationibus animarum socijs, super triginta, & eo amplius, ut ferunt, aduersariorum milia irruunt, clamor in cœlum tollitur, pugna summa uirtute conseritur, Vurfandus cum suis confertissimam hostium aciem irrumpit, & ueluti herba pratorum recisa, ãte acumẽ falcis cadit, & uberrimę segetes, procella tempestatis desęuiente prosternuntur, ita ferro cædit, sternitq; omnia. Raro in illo regno, in ullo prælio tãtum sanguinis fusum est. Pasquitanus, ut mactari suos, more pecudum uidit, cũ

 paucis

Vurfandi laus.

paucis,quos gladius nec dum consumpserat fugit.Porro Nortmani qui in auxilium fuerant conuocati,monasterium sancti Melanii episcopi ingressi sũt, ibiq; se more solito cõmunitũt,& succedente nocte fuga dilapsi,ad naues reuertuntur.Fuit uero gestum hoc prælium in campis iuxta ciuitatem Rodonis.Erat hic Vurfandus genere inter suos clarus,sed uirtutum experimentis & nobilitate clarior,quæ tanta fuit in illo,ut animi magnitudine, uiriumq; gloria iter suos,ut diximus, nulli uideatur esse secundus,ad cuius audaciã, mentisq; constantiam demonstrandam,unum e multis ponere placuit. Nã cũ Salomon rex hyemis tempore aliquando contra Nortmanos castra posuisset,ut ab eorum incursione fines regni sui tuerentur,ibiq; multis diebus resideret,quadam die cum sermo inter socios teneretur de audacia,& duricia Nortmanorum, Vurfandus se ultra uires præsumens arroganter iactauit,si rex cum exercitu recederet,se tantummodo audere cum suis in eodem loco remanere,& tribus diebus post decessum regis immorari.Distabant uero castra Britonum à Nortmanorũ classe tantũ octo miliaribus, nũciata sũt uerba quæ Vurfandus quasi leuiter protulerat,nescio à quo Hastingo duci paganorum.Non multo post interiecto tempore,datisq; quingentis uaccis, Salomon pacem cum Nortmanis fecit,& acceptis obsidibus, cum redire in regnum disponeret,Legatus Hastingi eum taliter alloquitur.Nunciatum ẽ domino meo te tantum uirum habere,qui se iactet quod te recedẽte solus cũ suis hoc in loco audeat remanere.Si ergo tantus est quantus sibi uidetur,in cunctãter remaneat,quia dominus meus uult eum uidere,audaciscq; uiri desyderat noticiam habere.Interrogatus autem Vurfandus à rege, utrum tale aliquid professus esset,respondit se talia dixisse,& hæc eadem facere uelle, protinusq; licentiam ibi remanendi petit.Cum à principe obiurgatus,cur tã fatua obstinatione detẽtus,prouerbijs inaniter inuẽtum prolatis, uellet mori,suosq; morti tradere,nullatenus acquieuit,asserens nisi remanendi licentiam daret,nequaquam illi fidelis in reliquum foret. Sed cum Salomon irreuocabilem eius animum perspexisset, dare ei solatium ex suis satellitibus uoluit,quod renuit suscipere,affirmans si alios,quam suos secum haberet,iã non esse uera quæ spoponderat.Rex cum omnibus copijs in regnum recessit, & Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere uiris remansit,ibiq; quinq; diebus expectauit.Sexta nocte Hastingus quendam captiuum absoluit à uinculis, & eum ad Vurfandum direxit,mandans ut sibi ad uadum cuiusdã torrentis inter tertiam & secundam superuenientis diei horas occurreret,ut mutuis colloquijs fruerentur.qui nihil cunctatus arma corripere,socijs imperat,& ad condictum locum absq; mora peragit,prospiciensq; uadum torrentis inter suos & aduersarios,quasi limitem fore,nullo modo ibi consistere uoluit, sed transuadato gurgite ultro obuiam hostibus procedit.Nortmani admirãtes animositatem & audaciam uiri,ab eo declinauerunt, nec eum bello lacerare ausi sunt.Ille autem usq; ad horam sextã intrepidus expectãs, cum neminem aduersæ partis uenire cerneret,cum suis ad propria reuersus est.Nec illi animus minus in mortem inuictus,quam in hostem fuit.Denicq; post peractam uictoriam morbo grauiter ad extremum deducitur,cuius infirmitatem cum persensisset,Pasquitanus resumptis uiribus,fautores eius bello aggreditur,qui perterriti timore ad ducem confugiunt,& cum lachrymis ei minas Pasquitani aperiũt,petentes cõtra imminẽs periculũ consiliũ,at ille hortatur ut aduersus hostem audaciter procedant,suum uexillum ferentes,pollicetur q; uictoriam.Qui cum respondissent sine eius præsentia nõ audere cum aduersarijs congredi,spiritum qui una cum uiribus corporis iam pene effugerat,resumens,quia nec pedibus,neque equo poterat ire,iubet se in lecto portari,& ante aciem inimicorũ exponi,& sic subire certamẽ.Quod cum Satellites fecissẽt,eius mox hostes in fugam uersi sunt,patrata uictoria, eum cum reportare uellent domum,inter manus militũ,spiritum qui tantũmodo in pectore palpitabat,exhalauit.Paucis autem interpositis diebus Pasquitanus & ipse defunctus est.Post horum duorum continuas mortes Indicheil,ex filia Herispon regis natus,& Alanns frater memorati Pasquitani Britãniam inter se partiti sunt,inter quos etiam multa iurgia,& bella fuerũt Sed Indicheile,in prælio quod contra Nortmanos magis audacter, quam prouide gesserat,interempto,inditionem Alani omnis Britannia concessit, qui & hanc strenue hactenus gubernat.

Vurfandus moritur, & Pasquitanus paulo post.

Eodem anno Carolus Romam perrexit,& datis apostolico Ioanni,& Romanis magnis muneribus,Imperator creatur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXVI.Ludouicus rex apud Frãchonefurt palatium,diem clausit extremum V.kl.Septembris, sepultus est in monasterio sancti Nazarij, quod Lorasham nuncupatur.Fuit autem iste princeps christianissimus,fide catholicus,non solum secularibus, uerũetiã ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus,quæ religionis sunt,quæ pacis,quæ iusticiæ,ardentissimus executor.ingenio callidissimus, consilio prouidẽtissimus, in dãdis siue subtrahẽdis publicis dignitatibus, discretionis moderamine tẽperatus,in prælio uictoriosissimus.armorũ, q; conuiuiorũ apparatibus studiosior,cui maxime opes erãt instrumenta bellica,plus diligens ferri rigorem, quam auri fulgorem. apud quem nemo inutilis ualuit. In cuius oculis perraro util. displicuit,quem nemo muneribus corrumpere potuit.Apud quem nullus per pecuniam ecclesiasticam,siue mundanam dignitatem obtinuit,sed magis ecclesiam probis moribus,& sancta conuersatione mundana,deuoto seruitio, & syncera fidelitate.Habuit autẽ hic gloriosissimus Rex cuius memoria in benedictione est,reginam nomine Hemmam sibi in matrimoniũ iunctã,quæ nobil. genere fuit. Sed quod magis laudandũ nobilitate mentis multo præstantior.ex qua tres filios suscepit,excellentissimę indolis uidelicet Carlomanũ,Ludouicũ,& Carolũ qui fœlici sorte post decessum patris,imperij moderati sunt gubernacula.

Carolus autem audito quod frater à seculo recessisset, nimia (ut aiunt) exultatione perfusus est,arbitratus portionem regni Lotharij,quam idem frater tenuerat,in suos libitos concessuram. Exercitium ergo quanta potuit celeritate adunauit,& cum omnibus uiribus regnũ ingressus, ad Aquis palatiũ uenit,ubi paucis diebus moratus,Coloniam profectus est. Dum hæc aguntur in memorato regno Carolomanus primo genitus Ludouici,Italiæ fines intrauit,cupiens eam paterno,suoq; subiugare dominatui.Siquidem Ludouicus

Cãrlomãus primo genitus Ludouici Impera.

uicus Imperator iam(ut diximus)ab hac luce ſubtractus fuerat, & Carolus Imperatoris nomen reportans,ex Italia exceſſerat. Carolus uero frater eius, in Alemania morabatur. Porrò Ludouicus,qui ad patris obitum fuerat,funeriſq; eius obſequia condigno honore celebrauerat,apud Frãckfurt, principalem ſedem orientalis regni,reſidebat,cui cum nunciatum eſſet quod Carolus auunculus eius,iam regni paterni terminis occupatis, circa Rhenum fluuium caſtra poſuiſſet, nimio furore accenditur, ſtatimq; legatos ad eum dirigit,orans,ut memor eſſet germanitatis,atque conſanguinitatis,memor eſſet nominis dñi noſtri Ieſu chriſti,cuius mentionem corã nõnullis teſtibus facientes ipſe & frater,quando regnum inter ſe diuiſerunt,terribiliter eſſent alternam pacem adinuicem pacto polliciti,& pertimeſcens tantum nomen inuanum accipere,redderet domino iuramenta ſua,fœdus quod alterutrũ pepigerat inuiolabile maneret,parceret gladio,& humanum fundere ſanguinem,tam dira cupiditate infectus,formidoloſius exhorreſceret, foret ſua forte cõtentus,& funiculo hæreditatis diuinitus ſibi collato, pacifice frueretur. Aliena iura non inuadens,non ſubtrahens,non perturbans,non eſſet tanto uiro uanæ gloriæ typus,non ſupercilij faſtus,non alterius uſurpandi terminos ambitio,ſed iuſtitia,caritas,& concordia regnaret, ac ſummũ pacis inter illum & nepotes teneret oĩno faſtigium.ſed huius cõmodi monita Carolus ſpreuit,aſſerens ſe cum fratre, non cum nepotibus pepigiſſe. Interim Ludouicus exercitum ex Saxonia,Turingia,& orientali Francia cõgregat, & ut in filio tantum paternos uultus,quantum animi ſubtilitatem,artiumq; ingenia recognoſceres,caſtra è regione Coloniæ cõtra caſtra Caroli ſuper ripam fluminis magno apparatu collocat,Ipſe autem cum hoſtili uirtute inter Confluentes,& Arduennam Rhenum tranſijt,nec defuit qui ad aures Caroli perferret nepotem cum omnibus copijs Rhenum tranſiſſe. Tũc primũ animaduertit Carolus ſe à caſtris Ludouici eſſe illuſum. Mouit uero abſque mora exercitum cum quinquaginta,& eo amplius,ut ferunt,millibus in pago Meginenſe,nõ longe ab Andernaco caſtello, aduerſus eum ad pugnam procedit,ſed non ſaluatur ex multa uirtute,fallax enim equus ad ſalutem. Si quidem inito certamine Reginarius comes,qui regium uexillũ ferebat,primo impetu extinguitur. cõfertiſſimę acies Ludouici à ſocijs irrumpũtur,& ſicut ignis in ſtipula immiſſus fuerit,& in momento cũcta deuorat,ita uires aduerſariorum ferro cõterunt,terræ proſternunt. Exercitus Caroli grauiter cæſus terga uertit,& Ludouici uictoria fuit. Carolus uidens ſuos fugere, & ipſe fuga uitam ſeruauit,ſero ſecum reuoluens,quanti diſcriminis ſit,equitatis iura diuinarum humanarumq; legum inſtitutitionibus roborata,immoderatæ cupiditatis ambitione uiolare uelle. Acta eſt autẽ hæc ſtrages VIII. id. Octobris. Poſt hæc cũ uenerũt tres ſupradicti fratres in loco,q dicitur Sallifelt,& ibi diuiſerunt paternum regnum. Carolomanus ſortitus eſt Baioariam,Pannoniam,& Carnutum,quod corrupte Carantanũ dicitur,necnon & regna Sclauorum,Beheimenſium,& Marahenſium. Ludouicus orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam, Freſiam,& partem regni Lotharij. Porro Carolus Alamaniam,& aliquas ciuitates ex regno Lotharij.

Ludouicus exercitum contra Carolũ Imperatorem ducit

Andernacum.

Diuiſio regni filiorum Ludouici Imperatoris.

Anno dñicæ incarnationis DCCCLXXVII, Carolus ſenior Romam ſecundo pfectus

do profectus eſt,ubi iam pridem Imperatoris nomen,à Preſule ſedis apoſtolicæ Ioanne,ingenti pretio emerat, regnumq; Italiæ magis in tranſeundo, uidit,quàm fruendo potitus eſt. ab urbe Roma in Langobardiam reuerſus. Boſoni,Germani childis reginæ,Hirmingardem filiam Ludouici Imperatoris in matrimonium iungit,dies nuptiarum tanto apparatu,tantaque ludorum magnificentia celebratus ẽ,ut huius celebritatis gaudia,modũ exceſſiſſe ferantur. Dedit inſuper eidem Boſoni Prouinciam, & corona in uertice capitis impoſita,eum regem appellari iuſſit,ut more priſcorum imperatorũ, regibus uideretur dominari. Euolutis deinde paucis diebus,Papiam ingreditur,in qua cum diſponendis publicarum rerum negotijs animum intenderet,repentine nunciatum ẽ ei Carolomannum cũ ingenti armatorum multitudine Langobardorum ditionem introiſſe. Mox pauore ſolutus, Ticinũ, Padumq; tranſit,& ſummo anniſu in Gallias repedare contendit. Sed priuſquàm Alpium præeminentia iuga,anguſtaq; itinera attingeret,ægritudine pulſatur,quam protinus mors ſubſecuta eſt,finem uitæ impoſuit. Eſt autem fama qd à quodã Iudæo quocabat Sedechias, poculũ mortis ei ppinatũ ſit,qui ei familiarius adhærebat,eo qd in medẽdis corporũ paſſionibus,ſingulare experientiam habere diceretur. Porro hic ſiccarius planè erat, & magicis preſtigijs,incantationibuſq; mentes hominum deludebat. obijt uero prid ie nõ. Octobris.corpus eius leuatum eſt ĩ feretro, à ſuis extra Italiam deportatur.ſed quia fœtor intollerabilis ex putredine cadaueris baiulãtes grauabat,compulit illud terræ mandare. Poſt aliquantos annos ſ eius oſſa tracta ſunt,& Pariſius in monſterio ſancti Dionyſij honorifice ſepulta, cui ſucceſſit in regnum filius Ludouicus.

Carolus rex Gall. imperium Romanũ emitã pontifice.

Roſymoni alĩs.

Carolus Imperator à Iudæo necatus uenẽno.

Verſellis ihumauerunt,in æde diui Euſebij.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXVIII. eclypſis lunæ magna facta eſt,mẽſe Octobris,die XVI. Item eodem mẽſe eclypſis Solis accidit,die XXVIIII. circa horam nonam. Paucis interiectis diebus,Ludouicus rex filius Caroli,qui Balbus appellabatur,eo quod ĩpeditioris, & tardioris eſſet eloquij,ab hac luce ſubtractus eſt. fuit uero iſte princeps,uir ſimplex ac mitis,pacis,iuſtitiæ,& religionis amator. Habuit autem cum adhuc iuuenilis ætatis flore polleret,quandam puellam nobilem nomine Anſgard,ſibi cõiugij fœdere copulatam,ex qua duos liberos ſuſcepit elegantis formæ,ac ingentis animi,uirtute præſtantes. Horum unus Ludouicus,alter Carolomanus uocabatur.ſed quia hanc ſine genitoris conſcientia, & uoluntatis conſẽſu,ſuis amplexibus ſociauerat,ab ipſo patre ei poſt modum interdicta,& interpoſito iuriſiurandi ſacramento,ab eius conſortio in perpetuum ſeparata. tradita eſt autem eidem,ab eodem patre Adalheidis in matrimoniũ,quam grauidam ex ſe reliquit.Idem rex cum obiret,quæ tempore pariendi expleto,enixa eſt puerum,cui nomẽ Aui impoſuit,eumq; Carolũ uocitari fecit.

Ludouicus Balbus moritur.

Anſgard.
Adelheidis.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXVIII. Boſo de quo paulo ſuperius mentionem fecimus,audita morte Ludouici,à Prouincia egreditur,totamq; Burgundiam occupare nititur. Deniq; nonnullos epiſcopos, partim minis,partim ſuaſionibus,in ſocietatis fœdera colligit, & Lugdunum in-

greſſus, ab Aureliano eiuſdē urbis metropolitano, & alijs pontificibus in regem ſuper præfatum Burgundiæ regnum inungitur, pro nihilo ducēs adoleſcentes filios Ludouici, & uelut degeneres deſpiciens, eo quod iuſſu Caroli, eorum genitrix ſpreta, atq; repudiata fuerit. Quæ res obtulit illi magis continuum clam odium, ac periculorum diſpendium, quàm gloriæ, & dignitatis emolumentum. Siquidem iam dicti adoleſcentes Ludouicus, & Carolomanus, induſtria ac ſtudio Hugonis abbatis, & aliorum procerum in regnū ſublimatorq;, & eundem Boſonem diebus uitæ ſuæ omni inſtantia ſunt perſecuti. Nec ſolum illi, uerūetiam alij reges Francorum per ſuccedentia tempora adeo grauiter nomen eius tulerunt, atque exoſum habuerunt, ut inrecuperabili eius deiectione, & mortis exitio, non modo principes ac duces, ſed etiam eorum ſatellites ſacramentis, & execrationibus obligarentur. Fuit autem tā perſpicacis ingenij, ut cum à multis, ut dictum eſt, regibus & regnis, aſſidue inſectatus ſit, à nullo tamen, aut capi, aut circūueniri aliquādo potuerit. Tātæ moderationis, ut cum ſibi fauentes proſcriptionibus dānarentur, boniſq; omnibus priuarentur, nūquàm inſidijs ſuorum militum fuerit petitus, neque fraude proditus, cum utrūq; hoſtes ſæpe certaſſent.

Per id tempus Ludouicus qui Auſtraſijs imperabat, cognita morte equiuoci ſui, regnum illius inuadere diſpoſuit, & tranſuadata Moſa, imperij fines occupauit. cui occurrerunt duo memorati fratres cum ualida manu, ſed intercurrētibus uiciſſim legationibus, nequaquàm pugna committitur, ſed pax roboratur. Adoleſcētes, quo impetu fœderatus ab eis recederet Ludouicus portionem regni Lotharij, quam auus, paterq; tenuerat, ex integro illi conceſſerunt, addita inſuper Atrabatis abbatia ſancti Vedaſti, facta itaque pactione, datiſq; ſacramentis, cum īregnum idem rex reuerteretur, repēte obuiam habuit Nortmanorum innumeram multitudinem, iuxta Carbonariā in loco, qui uocatur Thimnin, cum ingenti præda ad claſſem repedantem, cum quibus abſq; mora conflixit, & (deo propiciante) maximam ex eis partem gladio proſtrauit. Reliqui fuga dilapſi, ī fiſcum regium ſe communiūt, ubi Hugo filius regis expellice natus, cum īcautius dimicaret, grauiter uulneratus, ab hoſtibus rapitur, & inter aduerſariorum arma recidit.

Rex exiſtimās quod adhuc filius uiuus ab inimicis ſeruaretur, exercitus abi-
pugnationis infeſtatione iubet ceſſare, ut quocūque pacto, illum incolumē recipere poſſet. Interea nox deſuperueniēs, regem cum ſuis redire ad caſtra cōpulit. Nortmani cadauera ſuorum flāmis exurentes, noctu diffugiunt, & ad claſſem dirigunt greſſum. Rex diluculo conſurgens, cum filium extinctū reperiſſet, nimio dolore afficitur, corpus eius in loco cōpoſitū, ad Lorſheim monaſterium imperat deferri, ibiq; tumulari.

Anno dominicæ incarna. DCCCLXXX. Carolomanus rex Paraliſi diſſolutus, diem clauſit extremum VII. noñ. Aprilis. ſepultuſq; eſt cum debito honore in Baioaria, in loco q dicitur Hodingas. fuit uero iſte præcellētiſſimus rex literis eruditus, chriſtianæ religioni deditus, iuſtus, pacificus, & omni morū

more honeſtate decoratus, pulchritudo eius corporis inſignis, uires in hoſte quoq; admirabiles fuere, nec īferior animi magnitudine. Permulta quippe bella cum patre, plurima ſine patre in regnis Sclauorum geſſit, ſemperq; victoriæ triumphum reportauit. terminos imperij ſui ampliando, ferro dilatauit. ſuis mitis, hoſtibus terribilis apparuit. alloquio blandus, humilitate ornatus. in ordinādis regni negocijs ſingulari ſolertia preditus. ſic, ut prſus ei nihil deeſſe ī regiæ maieſtatis competentia uideretur. Huic ex legitimo matrimonio non eſt nata ſoboles propter infœcūditatem coniugis, ſed ex quadam nobili fœmina filium elegantiſſimæ ſpeciei ſuſcepit, quem Arnolphū nominari iuſſit, ob recordationem reuerendiſſimi Arnolphi Mettenſis eccleſiæ epiſcopi, de cuius ſancto Germine ſua, aliorumq; germanorum Francorum proſapia pullulauerat, quod non caſu accidiſſe, ſed quodam præſagio portentoq; futurorum actitatum uidetur. Siquidem genealogia regum cœlitus prouiſa, per interualla temporum, ſecundis incrementorq; ſucceſſionibus cœpit exuberare, quouſq; ī magno Carolo ſūmum imperij faſtigium nō ſolum Francorum, uerūetiam diuerſarum gentium regnorumq; obtineret. Poſt cuius deceſſum, uariante fortuna, rerum gloria quæ ſupra uota fluxerat, eodem quo acceſſerat modo, cœpit paulatim diffluere, donec deficientibus non modo regnis, ſed etiam ipſa regia ſtirpe, partī immatura ætate perunte, partim ſterilitate coniugium marceſcente, hic ſolus de tam numeroſa regum poſteritate idoneus inueniretur, qui imperij Francorum ſceptra ſuſciperet, quod in ſubſequentibus ſuo in loco lucidius apparebit.

Ludouicus comperto, quod frater obiiſſet, Baioariam ingreſſus, Ratiſbonam uenit, ubi omnes optimates regni ad eum confluentes, eius ditioni ſe ſubdiderunt. Conceſſit autem idem rex Arnolfo Corantanum, quod ei pater iam pridem conceſſerat, in quo ſitum eſt caſtrum munitiſſimū, quod Moſburgk nūcupatur, eo quod palude impenetrabili locus uallatus, difficillimum adeuntibus prębeat acceſſum. Moſburch.

Anno dominicæ īcarnationis DCCCLXXXI. Carolus de Alemania egreſſus, Langobardorum fines occupauit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit, & Romam perueniens, à pręſule apoſtolicæ ſedis Ioanne, & ſenatu Romanorum fauorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus eſt.

Per id tēpus Nortmanorum claſſis, Vualam fluuium ingreſſa, Neumago palatio regio applicuit, ibiq; caſtra poſuit, quod factum cum ad noticiam Ludouici perlatum eſt, abſque dilatione cum exercitu uenit, & munitionem obſidione clauſit. Conſerto nonnullis diebus certamine, non adeo præualuit quia palatium ingentis magnitudinis, miriq; operis hoſtibus tutiſſimū præbebat receptaculum. In qua congreſſiōe captus eſt aduerſarius Eberhardus Saxo, filius Meginardi comitis, & captiuus ducit, ꝙd poſtea mater Eneſſa magno precio dato, incolumē recepit. Poſtremo rex, accepta pollicitatione, qđſi ab obſidiōe ceſſaret, Nortmāi continuo è regno eius decederent. Cū oībus copijs receſſit. Illo recedēte, pagani palatium una cū munitione exurētes flāmis nauibus accēſis, hoſtia Rheni repetuut. Itē eodē ānо mēſe Nouēbri, Eberhardus Saxo capitur.

H ij duo reges

duo reges Nortmanorum Godefridus,& Sigefridus cum ĩęstimabili mul titudine peditũ,& equitum conſederũt in loco,qui dicitur Haſlou iuxta Mo ſam,& primo quidem impetu finitima loca depopulantes,Leodium ciuita tem,Traiectum caſtrum,Tungrenſem urbem incendio cremant. Secunda incurſione Ribuariorum finibus effuſi,cædibus,rapinis,ac incendijs oĩa deuaſtant,Coloniam Agrippinam,Bunnam ciuitates cum adiacentibus caſtellis,ſcilicet Tulpiacum,Vilipiacum,& Nuisigne comburunt.Poſt hæc Aquis palatiũ idem Amalimundarias,& Stabilius monaſteria in fauillam redigunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXII. Arduennam percurrentes Prumiam monaſteriũ ingrediuntur ipſo die Epiphaniæ domini,ubi triduo commorãtes omnem in circuitu regionem depopulati ſunt,in quo loco innumera multitudine peditum ex agris & uillis in unum agmen cõglobata, eos expugnatura aggreditur,ſed Nortmani cernentes ignobile uulgus,nõ tantum inerme,quantum diſciplina nudatum,ſuper eos cũ clamore irruũt, tantaq; cæde proſternunt,ut bruta animalia,non homines mactari uiderentur.His itaque patratis,onerati præda,ad caſtra redeunt,illis diſcedentibus, ignis,qui in diuerſis habitaculis accenſus remanſerat,cum nullus eſſet qui eum extinguert,& monaſterium cõſumpſit.

Brumia monaſterium igne cõſũptũ à Nortmanis.

Dum hæc aguntur Ludouicus rex morbo grauatus,apud Franckfurt moritur XIII.kal.Septembris,ſepultus eſt ī Loreſheim iuxta patrem in cœnobio.habuit autem Luidgardam reginam in matrimonium copulatam,ex qua filium unicum ſuſcepit,quem nomine ſuo Ludouicum appellauit.Sed,ut præmiſimus,poſt obitum fratris ad obtinendum regnum eius,Baioariam ingreſſus,& Ratiſbona moraretur,idem puerulus de feneſtra cecidit,& cõfractis ceruicibus,ſtatim expirauit,quæ non tantum inmatura,ſed inhoneſta mors,non ſolum regi & reginæ,uerumetiam omni domo regiæ maximum luctum ingeſſit.

Nortmani,audita morte regis,nimio exultabant tripudio,etiam non de conflictu,ſed de præda cogitant.Igitur cum omni ãmonitiõe exiliunt,& Treuirorum nobiliſſimam ciuitatem Galliarum, Noñ.Aprilis,die ſacratiſſimæ Cœnæ dñi occupant,in qua uſque ſanctum diem paſchæ,feſſa abitinere corpora recreantes,omne tentorium urbis circũquaque uſq; ad ſolum demoliti ſunt,deinde ciuitatem flammis exurentes,Mediomatrico dirigunt aciem.Quod cum reperiſſet eiuſdem urbis epũs Vualo,adiuncto ſibi Bertolfo epiſcopo,& Andalhardo comite,ultro illis obuiam ad pugnam procedit. Inito certamine,Nortmani uictores extiterunt.Idem Vualla epiſcopus cecidit,cæteri fugierunt.Pagani iter quod cœperant,deſerentes cum ingẽti præda,ſũma celeritate ad claſſem reuertuntur.

Treueris Galliarũ à Nortmanis depopulatur.

Ea tempeſtate Carolus Imperator in Italia morabat,ubi diuerſis legationibus Germaniæ,ac Galliæ pulſatur,ut ad ſuſcipienda regna,ſibi hæreditario iure competentia,feſtinaret,& periclitanti imperio ſuccurreret. quod capite amiſſo,ludibrio hoſtibus erat.Qui nihil tardus,cũ omnibus copijs in Franciã uenit,& cũ Langobardis,Baioarijs,Allemanis,Turĩgis,Saxõibus, Freſonibus,

Freſonibus & omnibus regnis ſuæ ditioni ſubditis,Nortmanos in ſupradicto loco obſidere exorſus eſt,ſed conatus eius parum effectum obtinuit, quanquam,ut diximus,ex diuerſis regnis,& gentibus inæſtimabilis multitudo in unum confluxit,indignatione cœleſti ſuper populum,chriſtianam religionem profanantem deſeuiente.Nouiſſime rex Godfridus Nortmanorum ea conditione chriſtianum ſe fieri pollicetur,ſi ei munere regis Friſia puincia concederetur,& Giſla filia Lotharij in uxorem daretur.Qui,ut optauit adeptus,baptiſatus eſt,& ex ſacro fonte ab Imperatore ſuſceptus,Sigifrido & reliquis Nortmanis immenſum pondus auri,& argenti expoſitum ẽ, & tali tenore fines regni excedunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXIII.Ludouicus frater Carolomani moritur apud ſanctum Dionyſium,ibiq; honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati ſunt.Fuit enim uirtutis maximę,regnumq; ſibi ſubditum à paganorum infeſtatione potenter, uiriliterq; defẽdit.Inter cætera quæ ſtrenue geſſit,illud præcipue prælium cõmendatur, quod aduerſum Nortmanos in loco qui uocatur Sodalcurch ſũmis uiribus exercuit,in quo certamine,ut ferunt,pluſquàm octo milia hominũ gladio pſtrauit.Carolomanus frater regnũ illius obtinuit. Eodẽ tẽpore Bertulfus Treuirorum epiſcopus,migrauit ad dominum IIII.id'.Septẽbris,cui ſucceſſit in Pontificali cathedra per electionem cleri,& totius plebis Ratbodus reuerendiſſimus antiſtes,VII.idus Aprilis.His etiã diebus Ruopertus preſul ab eodem epiſcopo Ratbodo in Mettenſi eccleſia cõſecratur, X.kal.Maij.

Ludouicus frater Carolomãi moriť.

Rathbodo aĝs.

Circa hæc tempora Hugo filius Lotharij,in ſpem recuperandi paterni regni ab aliquibus diſcordiarum,ac litium ſectatoribus introducitur,omneſq; qui iuſticiam & pacem execrabãtur,ad eum confluxerunt,ita ut paucis diebus innumera multitudo prędonum eius dominationi ſe ſubdiderũt.inter quos etiam nonnulli ex primoribus regni uana ſpe ſeducti,manibus datis accedunt,uidelicet Stephanus,Rotbertus,Vuitbertus,Thietbaldus comites,Albricus,& frater eius Stephanus,tantaq; rapina,& uiolẽtia ab his ī regno fit, ut inter horę,& Nortmanorum maliciam nil differret,præter quod à cędibus & incendijs abſtinerent.Sic omnipotens deus iratus regno Lotharij aduerſabatur,& talibus incrementorum cladibus,uires eiuſdem regni radicitus exterminabat, ut prophętia ſanctiſſimi Nicolai papæ,ſimul etiam maledictum quod ſuper idem regnum protulerat,adimpleretur.

Hoc etiam tempore,idem Hugo Vuitbertum comitem, qui ab ineunte ętate ſibi fauerat,interfecit.Paucis de hinc interpoſitis diebus,Bernarium nobilem uirum,ſibiq; fideliſſimum dolo trucidare iuſſit,pulchritudine illius captus uxoris,quam abſque momento in matrimonium iũgit. Vocabatur autem mulier Friderach,quæ antequàm Bernario ſociaretur,copulata fuerat Engilranno potenti uiro,ex quo filiam peperit,quam poſtmodum Richinus comes ī cõiugiũ accepit,quã etiã propter ſtuprũ cõmiſſum,idẽ comes decollari iuſſit.

Nortmani ad Sonū fluuiū considēt.

Anno dominicæ īcarnationis DCCCLXXXIIII. Nortmani qui ab Hasslou recesserant, Sonum fluuium intrant, ibiq; consederunt, quorū creberrimas incursiones cum Carolomanus sustinere non posset, pecuniam pollicetur, si à regno eius recederent. Mox auidæ gentis animi ad obtinendam pecuniam exardescunt, & XII. milia pondera argenti puri atq; probati exigunt, totidēq; annis pacem promittunt. accepta tam ingenti pecunia, fines à littore soluunt, naues conscendunt, & marina littora repetunt. Interea Carolomanus uenatū perrexit, ubi & ab apro grauiter uulneratus, post modicum uitā cum regno amisit, sepultusq; est apud sanctum Dionysium. Aiunt autē quidam, quod à quodam suo satellite, improuide arma ferēti, uulneratus fuerit, & quia non sponte sed inuitus hoc facinus cōmiserat, iccirco à rege celatum est, ne innoxius morti traderetur.

Carolomānus ab aprouulneratus interiit.

Nortmani cognita morte regis, protinus ī regnum reuertūtur, itaq; Hugo Abba, & cæteri proceres, legatos ad eos dirigunt, promissionem & fidem datā, uiolatam esse proclamant. Ad hæc illi respondent, se cum Carolomano rege nō cum alio aliquo fœdus pepigisse, quisquis ille esset, qui in regnū eius succederet, eiusdem numeri & quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice imperium tenere uellet. Territi huiuscemodi mandatis, optimates regni ad Carolum Imperatorem missos dirigunt, eumq; ultro in regnū inuitant, eiq; aduenienti ad Gundolphi uillam obuiam procedunt, & manibus, sacramentisq; iuxta morem datis, eius ditioni se subdiderunt.

Eodem anno Nortmani qui in Chinheim, & Denemarca uenerāt, adsentiēte Godefrido, Rhenum nauigio ascēdūt, & Dinsburch oppido occupato, munitionem in eodem loco more solito construunt, & ī ea tota hyeme residēt. cōtra quos Henricus dux castra posuit, & nullatenus prædas agere permisit. Redeunte uernali tempore, castris exustis, maritimis locis se recipiunt.

Louaniū tunc in regno Lothoringiæ.

His etiam diebus Nortmani à Sono exeunt, & rursus in regno Lotharij reuertentes, in loco qui dicitur Louen, castra metati sunt in confinio eiusdem regni, & continuis eiusdem regni infestationibus, utraq; regna fatigant, ad quorum malitiam compescendam, Imperator semel, & iterum exercitū misit, sed nihil dignum memoriæ aduersus tantam uiolentiorum rapacitatem actum est.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXV. Hugo rebellare disponens contra Imperatorem, legatos ad Godefridum in Frisia occulte dirigit, eoq; illi esset affinitate coniunctus, propter sororem quam in coniugium acceperat, hortaturq;, ut in patriam mitteret, & auxiliorum ualidam manum undique contraheret, & cum omnibus uiribus sibi opē ferret, quatenus regnū paternum euindicare armis posset, & si id eius industria, uirtutisq; suffragio prosperitatis effectum obtineret, medietatē ipsius regni pro munere pollicetur. His suasionum pmissionibus, Godefridus ueluti ueneno infectus, occasiōis fomitē inquirit, qua ꝛ ac si iuxta rationē à fidelitate Imperatoris se subducere ꝑualeret, statiq; Gerolfū, & Gardolfū comites Frisonū, legatos ad Cæsarem dirigit, mādatq; si uellet cum ea, quā pollicitus fuerat fidelitatem, perseueraret,

seueraret, finesq; regni sibi commissos, ab incursione propriæ gentis defensaret, Confluentem, Andrenacū, Sucicha, & nonnullos alios fines obsequijs imperialibus deditos, sibiq; largiretur, propter uini affluentiam, quæ in his locis erat, eo quod terra, quā ex munificentia principis possidendā percepe rat, minime uini ferax esset. agebat autē hoc ea animi intentione, ut si petita sibi largirentur, suos in uisceribus regni immisceri posset, & uarios euētus speculari. si autē denegarētur, nihilominus offensus in sibi prohibitos, quasi iustitia dictāte, rationabilius desæuire posset, rebellionisq; causa suscipere. Quorū callida machinamēta, & factionū conspiratiōes cum persensisset Imperator, cum Henrico uiro prudentissimo altiori consilio pertractat, quo ingenio hostem, quē in regni extremitatibus introduxerat, extinguere posset, & sciens loca inaccessibilia exercitui, propter diuersarū aquarū innumeros decursus, & inpenetrabiles paludes, magis id arte quàm ex uirtute experiri statuit. Legatos igitur respōso suspensos absoluit, & ad Godefridum redire permisit, asserens per suos missos de omnibus legationum suarum causis ea responsa redditurū, quæ sibi & eidem Godefrido essent cōuenientia, tantum ut in cœpta fidelitate perseueraret. Post hæc Heinricum ad eundē uirum mittit, ut fraus quæ struebatur, oculare tur. cum eo Vuillibertum uenerabilem episcopū Coloniæ Agrippinæ, qui suis satellibus secreto imperat, ut per Saxoniā properantes, non agmine facto, sed sparsim sibi occurrerent loco & die quo eis edixit, ipse cum perpaucis Coloniā uenit, & assumpto cum præfato episcopo mox in Batuam proficiscitur. Godefridus audito eorum aduentu, illis obuiam procedit ad locum qui dicitur Herispich, in quo Rheni fluenta, & Vual uno se alueo resoluunt, & ab inuicē longius receden tes Battuam prouinciā suo gurgite cingunt. Hanc insulam ingredientes episcopus & comes multa à Godefrido audiunt, multa ex parte Imperatoris respondent, dies ad occasum uergitur, soluto colloquio insula excedunt, hospitia repetūt, in crastinum reuersuri. Heinricus episcopum hortatur, ut die subsequenti Gislam uxorem Godefridi extra insulam euocaret, eamq; ad pacis studium reuocare satageret, interim ipse cum Godefrido causam Eberhardi comitis agitaret, cui rerū possessio ab eo uiolēter diripiebatur. Deinde persuadet eidem Eberhardo, ut de iniustitia quam patiebatur, in medio adsurgens se proclamaret, & cū à ferocis, & barberę gētis homine durius, & cōtumeliosius uerbū sibi esset prolatū, absq; mora euaginato gladio eū summo annisu in capite pcutit, anteq; à terra eleuari posset. quid plura? ab Eberhardo prīo pcussus, et satellibus Hērici cōfossus Godefridus moritꝫ, oēsq; Nortmanni q; in Batua reperti sunt, trucidantꝫ. Nō multis post interpositis diebus Hugo eiusdē Henrici cōsilio ad Gundulfi uillam promissionibus attractus, dolo capitur, & iussu Imperatoris ab eodē Henrico ei oculi eruuntꝫ, oēsq; fauētes dehonestantꝫ. post hæc in Alemania in mōasteriū sancti Galli mittitꝫ, iñ postea in patriā reuocatꝫ. nouissime tporibus Zūdibolchi regis in Prumia monasterio manu mea attonsus est. Eram enim tunc temporis, in eodē loco dominici ouilis, quāuis non idoneus, tamen custos, ubi non post multos annos moritur & sepelitur.

Battaua insula.

Hugonī oculi eruuntur.

Regino noster tunc tēporis custos monasterij Prumiēsis.

Anno dominicæ incarnati. DCCCLXXXVI. Nortmanni à Sanno fluuio exeunt, &

Et paulo ante hæc eadē uerba posita.

eunt,& rursus in regno Lotharij reuertentes,in loco qui dicitur Louen, castra sedescꝫ statuūt, scilicet in confinio utriuscꝫ regni,& continuis incursionū infestationibus utracꝫ regna fatigant,ad quorū ingenitam malitiā compescendam,Imperator semel & iterū exercitū misit,sed nihil dignum aduersus tantam uiolentorum rapacitatem actum est.

Eodem anno Ansbaldus abbas Prumiensis cœnobij,summæ sanctitatis ac religionis uir,ad cœlestem patriam trāsijt IIII. idus Iulij. cui successit in regiminis loco Sarabertus uenerabilis pater VIII. idus Aug.

Nortmanni Parrisios obsidēt.

Anno domini. incarna. DCCCLXXXVII. Nortmanni à Louen recedētes,Sequanā ingrediuntur,& Parrisius applicantes castra ponunt,& ciuitatē obsidione claudunt,contra quos Imperator Henricū ducē cum exercitu uernali tempore dirigit,sed minime prævaluit. erant enim ut ferunt XXX. & eo amplius aduersariorū millia,omnes penè robusti bellatores. Denuo æstiuo tēpore antequā segetes in manipulos redigerentur,idem Heinricus cum exercitibus utriuscꝫ regni Parrisius uenit,& circunstātibus legionibus ipse cum perpaucis propius accedens,munitionem circuit,situm loci contemplatur, aditumcꝫ perquirit,quo exercitui cū hostibus minus periculosis pateret cōgressus. porrò Nortmanni audientes appropinquare exercitum,foderāt foueas latitudinis unius pedis,& profunditatis triū,in circuitu castrorū, eascꝫ quisquilijs & stipula operuerāt,semitas tantū discursui necessarias,intactas reseruantes,pauci igitur latrunculi qui latitabant in concauis uiarū itineribus,uidentes Heinricum appropinquātem,quare cito surgunt à locis,quibus delituerāt,prouocantcꝫ uirū telis,& uoce lacescunt. Ille animi magnitudine indignitatem non ferens,super eos irruit,& mox incertis foueis equus cui insidebat impegit,& cum ipse in terrā corruit,hostes summa cum festinatione aduolātes,antecꝫ à loco eleuaretur,eum in terra confodiūt, & aspiciente uniuerso exercitu,absꝫ mora eum trucidant,arma auferunt,& spolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus, uix cadauer exanime eruitur,& à suis uscꝫ suuessionis deportatur,in basilica sancti Medardi sepelitur,exercitus amisso duce ad propria reuertitur.

Nortmannorū stratagema.

Henricus per insidias occubuit.

Eodem tempore Hugo abba magnæ pietatis uir,et magnę prudētiæ, Aurelianis moritur, & apud sanctū Germanum Antisbduro tumulatur. Ducatus quem tenuerat & strenue rexerat, Odoni filio Ruodberti ab Impatore traditur,qui ea tempestate Parrisiorum comes erat,et cum Gozzilino eiusdem urbis episcopo contra Nortmannorū assiduā impugnationem ciuitatem totis uiribus tuebatur. His etiā diebus prædictus Gozzilinus episcopus inter ipsas obsidionū pressuras migrauit à seculo, in cuius loco substitutus est ab Imperatore Haschiricus episcopus. Post hæc Imperator Galliarū populos perlustrans, Parisius cum immenso exercitu uenit,ibicꝫ aduersus hostes castra posuit,sed nil dignū Imperatoria maiestate gessit,in eodē loco ad extremum concessis terris & regionibus, quæ ultra Sequanam erant, Nortmannis, ad deprædandum, eo quod incolæ illarum sibi obtemperare nollent,recessit,& recto itinere in Alemaniā recessit,& primo quidem Luiduuardum episcopum Vercellensem,uirū sibi percharum, & in administrandis publicis utilitatibus unicum consiliarium, obiecto adulterij crimine, eo quod reginæ secretis familiarius quàm oportebat immisceretur, à suo latere cū decore repulit, deinde paucis interpositis diebus coniugem Richardem sic enim Augusta uocabatur,pro eadem re incōcionem uocat,& mirum dictu publice protestatur,nuncꝫ se carnali coitu miscuisse, cum plusquā decennio legittimi matrimonij fœdere eius cōsorcio esset sociata, illa econtra non solum,ab eius sed etiā ab omni uirili cōmixtione se immunem esse profitetur, & de uirginitatis integritate gloriatur,idcꝫ se approbare dei omnipotentis iudicio si marito placeret,aut singulari certamine,aut ignitorum uomerum examine fiducialiē affirmat. Erat enim religiosa fœmina. ea, acto dissidio, in monasterio quod in proprietate sua cōstruxerat,Deo famulatura recessit.

His ita gestis Imperator corpore & animo cœpit egrotare,mense itacꝫ Nouē. circa transitum sancti Martini Triburias uenit,ibicꝫ cōuentum generalem cōuocat. Cernentes optimates regni,non modo uires corporis, uerūetiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolfum filium Carolomani ultro in regnū attrahunt,& subito facta conspiratione ab Imperatore deficientes, ad prædictum uirum certatim transeunt,ita ut in triduo uix aliquis remaneret, qui ei saltem officia humanitatis impenderet. cibus tamen & potus ex Luidperti episcopi sumptibus administrabatur. Erat res spectaculo digna, & æstimatione sortis humane,rerum uarietate miranda. Nam sicut ante secūda fortuna rebus ultra,quā arbitrari posset affluentibus,tot tantacꝫ imperij regna sine laborū sudoribus,& certaminibus attraxerat,ita ut post magnum Carolum maiestate,potestate,diuitijs,nulli regum Francorū uideretur esse postponendus. ita nunc aduersa uelut in ostensione fragilitatis humanę deficiens,quæ fortuna cumulauerat,cūcta inhoneste,in momento abstulit. quę prospero arridens successu,quondam gloriose attulerat. Mittit ergo ad Arnolfum ex Imperatore effectus egenus,ex desperatis rebus nō de imperij dignitate,sed de uicto cottidiano cogitans,tantū alimentorum copiā ad subsidium uitæ præsentis supplex exposcit. dirigit etiā Bernardum filiū quem ex pellice susceperat,cum xenijs, eumcꝫ eius fidei commēdat. Miseranda rerum facies,uidere Imperatorē opulentissimū,non solum fortunæ ornamentis destitutum,uerum etiā humanę opis egentem. Concessit autem Arnolfus rex nōnullos fiscos in Alemania,unde ei alimonia preberetur,ipse uero cōpositis in Frācia feliciter rebus in Baioariā reuertitur. Eodem anno Vuitgarius episcopus de Augusta ciuitate obijt,et Adalbero nobilis generis,magnicꝫ ingenij ac prudentiæ uir cathedram eius obtinuit, ei in episcopatum successit.

Regni proceres à Carolo desciscunt.

Anno dominicæ incarna. DCCCLXXXVIII. Carolus Imperator tertius, huius nominis et dignitatis,obijt pridie idus Ianu. sepultuscꝫ est in Augea monasterio. Fuit uero hic Christianissimus princeps,Deum timēs,& mandata eius ex toto corde custodiens,ecclesiasticis sanctionibus deuotissime parēs, in eleemosynis largus,orationi & psalmorū melodijs indesinenter deditus, laudibus dei infatigabiliter intentus,omnē spem & consilium suum diuinæ dispensationi committens,unde & ei omnia felici successu concurrebant in bonum,

Caro. III. Imperat. moritur.

bonum, ita ut omnia regna Francorum, quæ prædecessores sui non sine sãguinis effusione cum magno labore acquisierant, ipse perfacile in breui temporũ spatio sine conflictu, nullo contradicente, possidẽda perceperit. Quod autem circa finẽ uitæ dignitatibus nudatus, bonisq; omnibus spoliatus est, tentatio fuit, ut credimus, non solũ ad purgationem, sed quod maius est, ad probationẽ. siquidẽ hanc, ut ferunt, patiẽtissime tollerauit in aduersis, sicuti in prosperis gratiarũ uota persoluẽs, et ideo coronã uitæ, quã repromisit Deus diligentibus se, aut iam accepit, aut absq; dubio accepturus est. Post cuius mortẽ regna quę eius ditioni paruerant, ueluti legittimo destituta hærede, in partes à sua compage resoluuntur. etiam non naturalem dominũ præstolãtur, sed unũquodq; de suis uisceribus regẽ sibi creari disponit. Quæ causa magnos bellorũ motus excitauit. non quia principes Francorũ deessent, qui nobilitate, fortitudine, & sapiẽtia regnis imperare possent, sed quia inter ipsos æqualitas generositatis, dignitatis, ac potentiæ discordiã augebãt, nemine tantũ cæteros præcellente, ut eius dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos æmulatione uirtutis, in pernitiem mutuam armasset.

Carolo mortuo, regna dissipata.

Igitur quædam pars Italici populi Berengariũ filium Ennarhardi, qui ducatũ Foroiulianorũ tenebat, Regem sibi statuũt, quædam Guidonem filiũ Lamperti ducem Spoletanorũ, eque regia dignitate sublimandum decernunt, ex qua dissensionũ cõtrouersia tanta strages ex utraq; parte postmodum facta est, tãtusq; humanus sanguis effusus, ut iuxta dominicã Vocem, Regnũ in seipsum diuisum, desolationis miseriã penè incurrerit. Adextremũ Vuido uictor existens, Berengariũ regno expulit. pulsus itaq; ad Arnolfum regem adijt, eiusq; patrocinia contra hostem exposcit. Quid uero Arnolfus fecerit, qualiter Italiæ regnum bis cum exercitu penetrauerit, suo loco cõmemorabitur.

Berengarius dux, rex ab Italis eligitur. Guido.

Interea Galliarum populi in unum congregati, cum consensu Arnolfi Ottonem ducem filium Ruoperti, de quo paulo superius mentionem fecimus, uirum strenuum, cui præ cæteris formę pulchritudo, & proceritas corporis & uirium, sapientiæq; magnitudo inerat, regem super se pari consilio & uoluntate creant, qui rempublicam uiriliter rexit, & cõtra assiduas depręda tiones Nortmannorum indefessus propugnator extitit.

Per id tẽpus Ruodolfus filius Chuonradi, nepos Hugonis abbatis (de quo supra meminimus) prouinciã inter Iurã & Alpes penninas occupat, & apud sanctum Mauritium, accitis secum quibusdam primoribus & nonnullis sacerdotibus, coronã sibi imposuit, regemq; se appellari iussit. Post hæc mittit legatos p uniuersum regnũ Lotharij, et suasionibus pollicitationibusq; episcoporum ac nobilium uirorum mẽtes in sui fauorem demulcet. Quod cum nuntiatum esset Arnolfo, illico cum exercitu super eum irruit, ille per arctissima itinera fuga dilapsus, in tutissimis rupiũ locis, salutis præsidium quæsiuit. omnibusq; diebus uitæ suæ Arnolfus, & Zundibaldus filius eius eundem Ruodolfum persecuti sunt, nec tamen eum lædere potuerunt, quia ut supra

ut supra expressum est, loca inaccessibilia quæ semitis tantũ peruia sunt, insequentium confertas acies procul ab ingressu repellebant.

Eodem anno Nortmani qui Parisiorũ urbem obsidebãt, mirã & inauditam rem nõ solũ nostra, sed etiam superiore ætate fecerunt. Nã cum ciuitatẽ inexpugnabilẽ esse persensissent, omni uirtute, omniq; ingenio laborare cœperũt, quatinus urbe post tergũ relicta, classem cum omnibus copijs per Sequanam fluuiũ ingredientes, Burgundię fines absq; obstaculo penetrarẽt. Ciuibus aũt omni instantia prohibẽtibus ascensum fluminis, naues per siccum pluscq; duorũ passuũ milibus trahunt, & taliter declinato omni periculo iterũ eas Sequanæ fluentis immergunt, & post paululum Sequanam relinquentes, Hionnam ut disposuerant, & sub omni celeritate nauigantes, Senonis applicuerunt, ibiq; castris positis, per continuos sex menses eandẽ urbem obsidione claudũt, totamq; penè Burgundiam rapinis, cædibus, ac incendijs demoliuntur. Sed ciuibus fortiter repugnãtibus, deo protegente, ne quaquã præfatam ciuitatem capere potuerunt, quanq; omni laborũ sudore, omniũq; artiũ, & machinamentorũ ingenio id multipliciter pertentassent.

Inter ipsas uero obsidionum angustias Euuerhardus eiusdem loci Metropolita uir, totius sanctitatis & sapientiæ nitore fulgidus, corporeis uinculis absolutus, ad cœlestem patriã transijt, in cuius cathedram sublimatus est Vualtharius, nepos Vualtharij Aurelianẽ urbis episcopi, longe inferior prædecessore moribus, religione, et philosophiæ studio.

Anno dominicæ incarna. DCCCLXXXIX. gens Hungarorũ ferocissima & omni belua crudelior, retroãte seculis ideo inaudita, qa nec nominata à Scythijs regnis & à paludibus, quas Thanais sua refusione in immensum porrigit, egressa est. Sed priusq; ipsius gẽtis acta crudelia prosequamur, stylo nõ superfluum uideatur, si de Scythiæ situ, Scythiarumq; moribus historiographorum dicta sequentes, aliquid cõmemoremus. Scythia (ut aiunt) in oriente extensa, induitur ab uno latere põto, ab altero montibus Ripheis, à tergo Asia, & Ithasi flumine. patet autẽ multũ in longitudinẽ & latitudinẽ, omnibus hanc inhabitantibus inter se nulli fines. perraro enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectũ uel sedes est. armenta & pecora semper pascentibus, & per multas solitudines errare solitis. uxores liberosq; secum in plaustris uehunt, corijs imbrium hyemisq; causa tectis pro domibus utũtur, nullum scelus apud eos furto grauior, quippe sine tecti munimẽto pecora et armenta, alimentaq; habent. Aurum & argentum non perinde ut reliqui mortales appetunt, uenationum & piscationũ exercitijs inseruiunt, lacte & melle uescuntur, lanę his usus ac uestium ignotus, & quanq; continuis frigoribus afficiantur, pellibus tantum ferinis ac murenis induũtur. Imperiũ Asiæ ter quæsiuere, ipsi perpetuo ab alieno imperio, aut intacti, aut inuicti manserе, nec uirorum magis quàm fœminarũ uirtutibus claruere. Quippe cũ ipsi Parthos Bactrianosq;, fœminæ autem eorum, Amasonum regna condiderint. Prorsus ut res gestas uirorum mulierumq; cõsiderãtibus, incertum sit uter apud eos sexus inlustrior fuerit. Darium regẽ Persarum turpi à Scythia summa mouerunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidauerunt. Alexandri Magni

De Scythis unde egressi Hungari.

Scytharũ res gestæ.

dri Magni ducem Sopiriona, pari ratione cum uniuersis copijs deleuerunt. Romanorum audiere, non sensere arma, laboribus & bellis asperi, uires corporis immensę. abundant uero tanta multitudine populorum, ut eos genita le solum non sufficiat alere. Septentrionalis quippe plaga, quanto magis ab æstu solis remota est, & niuali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum, & propagandis gentibus coaptata. Sicut & ecõtra omnis meridiana regio, quo solis est feruori uicinor, eo semper morbis abundat, & educandis minus est apta mortalibus, unde fit ut tantę populorum multitudines, arctoo subaxe oriant, ut nõ immerito uniuersa illa regio à Tanai fluuio, usq; ad occiduũ, licet & propriis loca in ea singula nuncupentur noibus, generali tamen uocabulo, Germaniæ sæpe innumerabitur. Ab hac ergo populosa Germania sæpe innumerabiles captiuorum turmæ abductæ, meridianis populis precio trahuntur. Multæ quoq; exea, pro eo quod tantos mortalium germinant quantos alere uix sufficit, frequẽter gentes egressæ sunt, quæ nihilominus & partes Asiæ, sed maxime sibi contiguam Europam afflixerũt. Testantur hoc ubiq; urbes erutæ, per totã Illiriam Galliamq;. Sed maxime miseræ Italiæ, quæ penè illarum omniũ est gentium experta sæuitiam.

Scythæ in Germa.

Ex supradictis igitẽ locis, gẽs memorata à Finitimis sibi populis, qui Pezinati uocãtur, à propriis sedibus expulsa est, eo quod numero & uirtute præstarent, & genitale, ut præmissimus, rus exuberãte multitudine, non sufficeret ad habitandũ. Horum itaq; uiolentia effugati ad exquirendas, quas possent incolere terras, sedesq; statuere. Valedicentes patriæ iter arripiunt. Et primo quidem Pannoniorum & Auarorum solitudinem pererrãtes, uenatu ac spatione uictum cotidianũ quæritant. Deinde Carantanorum, Marahensium ac Bulgarũ fines crebris incursionum infestationibus inrumpunt, perpaucos gladio, multa millia sagittis interimunt, quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earũ ictus uix præcaueri possit. cominus enim in acie præliari, aut obsessas expugnare urbes nesciunt. Pugnant autẽ procurrentibus equis, aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulãt, nec pugnare diu possunt. Cæterum intollerandi forent, si quantus est impetus, uis tanta & perseuerantia esset. Plerunq; in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut cũ maxime uicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundũ sit. Quorũ pugna, quo cæteris gentibus inusitatior, eo & periculosior. Inter horum & Brittonũ conflictum, hoc unum interest, quod illi missilibus, isti sagittis utuntur, uiuunt non hominum, sed beluarum more, carnibus, ut fama est, crudis uescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum quos capiunt particulatim diuidentes, ueluti pro remedio deuorant, nulla miseratione flectũtur, nullis pietatis uisceribus commouentur, capillum usq; ad cutem ferro cædunt, super illos ire, meditari, cõsistere, ac colloqui solent. liberos, ac seruos suos equitare, ac sagittare magna industria docẽt, ingenia illis tumida, seditiosa, fraudulenta, præcotia. Quippe eandem ferocitatem fœminis, q; uiris adsignãt, semper in externos, aut in domesticos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum, quam ad dicendum proniores. Huius igit nefandissimæ gentis crudelitate non solum memoratæ regiones, uerumetiam

Pezinati.

Hungari in Pannoniam ueniunt.

Arte sagittãdi Hunri præstant.

Inter Hungaros & Brittones hoc interest, confligendo.

Italiæ regnum

Italiæ regnum ex permaxima parte deuastatum est.

Eodem anno Nortmanni à Senonica urbe recedẽtes, denuo Parisius cũ omnibus copijs deuenerunt. & cum illis decursus fluminis à ciuibus omnino inhiberetur, rursus castra ponunt, ciuitatem totis uiribus impugnãt, sed Deo opem ferente nihil prævalent. Transactis paucis diebus, iterum Sequanam cum classe ascendunt, & Matronam fluuium ingrediẽtes, Trecas ciuitatem incendio cremant, & usque Verdensem, ac Tullensem urbes cuncta circunquaq; depopulantes.

Nortmanni Parisios iterũ obsident.

His etiam diebus Luidpertus Maguntiæ urbis præsul è rebus humanis sublatus est, in cuius loco subrogatus est Sunzo uir religiosus ac simplex, sacris literis sufficienter instructus, qui in Fulda monasterio sub regimine abbatis abineunte ætate nutritus, & conuersatus est. Poppone Thuringorum duce & Arnolfo rege annuente.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXC. Arnolfus rex cõcessit Zundebodo Marahensium Sclauorum Regi, Ducatum Bohemẽsium, qui hactenus principem suæ cognationis, ac gentis super se habuerant, Francorumq; regibus fidelitatem promissam, inuiolato fœdere conseruauerunt. eo quod illi antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus. Denicq; filium eius quem ex pellice susceperat, à sacro fonte leuauit, eumq; ex nomine suo Zundebolch appellari fecit. Quę res non modicum discordiarum & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Bohemi à fidelitate diutius custodita, recesserunt. Et Zundibolch ex adiectione alterius regni, uires non paruas sibi accessisse sentiens, fastu superbiæ inflatus, contra Arnolfum rebellauit. Quod cum cognouisset Arnolfus, cum exercitu regnum Marahensium ingressus, cuncta quę extra urbes reperit, solotenus demolitus est. Ad ultimũ, ne cæterę fructiferę arbores radicitus excciderentur, Zundibolch pacẽ posuit, & dato filio obside, hanc pacẽ sero promeruit.

Perid tempus Nortmanni à Matrona fluuio exeuntes Parisius reuertuntur. Et quia omnimodus descensus fluminis per pontẽ prohibebat, tertio castra locant, & iterato certamine prædictã urbẽ impugnãt. Sed ciuibus (continuis eñ operum ac uigiliarum laboribus indurerant, & assiduis bellorũ conflictibus exercitati erant) audaciter reluctantibus, Nortmanni desperatis rebus, naues per terram cum magno sudore trahunt, & sic Alueum repetentes, Brittaniæ finibus classem traijciunt. Quoddam castellum in Constantiensi territorio, quod ad sanctũ Loth dicebatur, obsident. & accessum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis siti arescentibus fit deditio, eo pacto, ut uita tantũ concessa, cætera tollerẽt. Illis à munitione progressis, gens perfida fidẽ & promissa data prophanat, omnesq; absq; respectu iugulat. Inter quos episcopum Constantien. ecclesiæ interimunt.

Parisios tertio obsident Nortmanni.

Perfidi Nortmãni.

Erat tũc tẽporis inter Alanũ, & Vuidicheil ducibus Brittonũ nõ parua de partitione regni discensionũ cõtrouersia. In hoc ergo schismate, et diuisione nõ tm terrarũ, quantũ mentiũ pagani Brittones reperiẽtes, super eos fiducialiter irruunt. Illi dum priuatũ singulorũ, nõ commune uniuersorũ bellum ducũt,

 & auxilium

& auxilium ferre alter alteri recusat, quasi uictoria unius non omnium foret, grauiter ab hoste leduntur, ceduntur. passim & usque ad Blauitam fluuium, omnis eorum possessio diripitur. Tunc primum intelligentes quantam sibi perniciem, quantas aduersarijs uires, discordia administraretur, per internuntios se inuicē confirmant, tēpus & locū ei indicūt, bellumq; cōmunibus uiribus cōstruunt. Itaq; Vuidicheil qui erat adolescentior cupiens gloriā nominis sui exaltare, non expectato Alano cum sociis, prœliū conserit multa millia hostiū cedit, reliquos in quendā uicū fugere cōpulit. Quos cū ultra quàm oporteret inprouide persequerentur, ab ipsis extinguit̄. Ignarus cui uincere bonum est, superuincere bonum non est. periculosa est enim desperatio. Post hæc Alanus coadunata omni Brittania tale uotum uouit, ut si aduersarios per diuinam uirtutem posset superare, decimam partē omnium bonorum suorum Deo, & sancto Petro Romam destinaret. Omnibus autem Brittonibus idem uotum spondētibus, ad pugnam procedit, & commisso prœlio tanta strage hostes effudit, ut uix quadringenti uiri ex quinde cim millibus ad classem repedarent.

Hac tempestate sanctissimo, & in diuinis humanisque rebus prudentissimo Vuiliberto episcopo ab hac luce subtracto, Hermannus uenerabilis uir per electionem cleri, ac plebis ecclesiæ Colonien. præficitur.

Circa hæc tempora Salomon Constantiensis ecclesiæ antistes recessit à seculo, in cuius loco successit Salomon, qui hac ætate Abbatiā sancti Galli tenebat, Vir non solum nobilitate, uerumetiam prudentiæ ac sapiētiæ uirtutibus insignitus, qui prefatæ urbis tertius huius nominis dignoscitur esse pontifex.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXCI. Nortmanni duobus continuis prœlijs in Brittania grauiter attriti, in regnū Lotharij classem transferunt, & castrametati, prædas exercent. Contra quos Arnolfus rex exercitum dirigit, iubetq; super Mosam tentoria figere, transitūq; fluminis hostibus prohibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur ad condictum locum iuxta castrū Traiectense Nortmanni superiora tenētes, circa Leodium Mosam transierunt. & hostilem expeditionem à tergo relinquentes, in syluis & paludibus Aquispalatio cōtiguis disperguntur, obuios quosq; perimunt. plaustra & uehicula in quibus alimenta exercitui deferebantur, capiunt. Quæ fama cum ad exercitum peruenisset, qui iam ipso die Natiuitatis sancti Ioannis baptistæ penè in unum conuenerāt, non tam tremor, quàm stupor mentes omnium occupauit. Principes uero contione conuocata non tam de periculo, quàm de re dubia consulunt. Incerti utrum Ribuariorū fines intrantes, Coloniā tenderēt, ut per Prumiā transeuntes Treueros dirigerēt gressum, uel certe cōgregata aduersum se multitudine ptimescentes trāsuadata Mosa, ad classem festinarēt. Inter hæc nox superueniēs conuentū soluit, postera die cū aurora radios suę lucis repsentaret, oēs armant̄, & leuatis uexillis p descensum fluminis ad pugnā gradiuntur. Cumq; torrentem qui Gulid dicitur

Ribuarij ubi.

Gulid dicitur transissent, acies pariter substiterūt. De hinc deliberāt, ne omnis exercitus incassum fatigaretur, quod unusquisq; procerum duodecim ex suis mitteret, qui in unum agmen redacti hostes inuestigarent. Hæc sermocionantibus subito apparuerunt speculatores Nortmannorum. Quos cum omnis multitudo inconsultis ducibus, confuso ordine insequerentur, peditum turmas in quadam uillula offendunt, qui in unum conglobati faci le sparsim superuenientes repellūt, atq; retrorsum redire cogūt. Deinde perstrepentibus secundum morem pharetris, clamor in cœlum tollitur, pugna cōmittitur. Equites Nortmannorū audito clamore, summa cum festinatione aduolant, & ingrauato prœlio Christianorum exercitus, peccatis facientibus, heu prochdolor terga uertit. In quo prælio episcopus Moguntiæ urbis Sunzo, & Arnolfus comes occubuerunt, necnon innumera multitudo nobilium uirorum. Nortmanni patrata uictoria, castra diuitijs omnibus referta inuadunt, & trucidatis quos in bello cœperant, onerati præda ad classem reuertuntur. Fuit uero hæc cædes facta VI. Kalen. Iulij.

Magunti. epicopus à Nortmanis occubuit.

Dum hæc aguntur, Arnolfus rex in Baioariorum extremitatibus morabatur, insolentiam Sclauorum reprimens, cui cum nuntiata esset suorum strages, hostiumq; uictoria, primo pro amissis fidelibus nimium tristatur, & querelam cum gemitu deponit, quod Frāci eatenus inuicti, aduersarijs terga darent. Deinde indignitatem rei animoso in pectore uersans, in hostem accenditur, & cōgregato ex oriētalibus regnis exercitu, mox Rheno transmisso, circa littora Mosæ castra statuit. Interiectis diebus Nortmanni ex superiori pugna elati, cum omni uirtute ad deprædandum proficiscuntur. contra quos Rex cum expeditis ad pugnam procedit. Illi cernentes acies appropinquare, super fluuiū qui Thilia dicitur, ligno & terræ congerie more solito se communiunt, & cachinnis & exprobrationibus agmina lacescunt, ingeminantes cū insultatione, & derisu ut memorarentur Guliæ, furpisq; fugæ, cedisq; patratę, post modicum similia passuri. Rex felle commotus, exercitum iubet descendere, & pedestri congressione cum aduersarijs decertari. Qui dicto citius ab equis desilientes, clamore exhortationis dato, præsidium inimicorū irrumpunt, & (Deo uires cœlitus administrante) eos usq; ad internitionem ferro cædunt, terræq; prosternunt, ita ut ex innumerabili multitudine uix residuus esset, qui ad classem aduersum nuntium reportaret. Rebus feliciter gestis, Arnolfus in Bauariam reuertitur.

Arnulfus rex contra Nortmannos potitur uictoria.

Eodem anno Hatto uenerabilis Abba, in Maguntiacensi ecclesia Metropol. consecratur, qui hactenus in Augia monasterio multorum pater extitit monachorum.

Hatto mona. Augiensis, fit epūs Magū.

Anno domini. incarna. DCCCXCII. Mense Februa. Nortmanni qui ad naues remanserāt, Mosam transeuntes, Ribuariorum pagum ingressi, & secundū crudelitatē sibi ingenitā cuncta deuorantes, puenerunt usq; Bonnā, inde digressi occupauerūt quandā uillā quæ Landolfesdorff dicit̄, ubi occurrit eis

exrercitus Christianorꝝ, Sed nihil dignũ qd uirtuti asscribaꝫ egit. Nocte supueniente recesserunt Nortmanni à iam dicta uilla, & formidantes hostilem impetum, nequaquam ausi sunt se committere planioribus, atq; campestribus locis, sed siluas semper tenentes. exercitum uero â leua post tergum relinquentes, quanta poterant uelocitate ad Prumiam monasterium aciem dirigebãt. ipsisq; iam irruentibus Abbas, & congregatio fratrum uix fuga dilapsi sunt. At Nortmanni monasterium ingressi, omnia depopulati sunt, & quosdam ex monachis interficientes, plurimamq; familiam trucidantes, reliquos captiuos abduxerunt. Inde exeuntes Arduennam intrant, ubi quoddam castrũ in quodã præeminẽti monte nouiter constructum, in quo innumera multitudo uulgi confugerat adgrediuntur, & absq; mora expugnant. Interfectis omnibus, cum ingenti præda ad classem redeunt, oneratisq; nauibus cum omnibus copijs transmarinas repetunt regiones.

Per id tempus Farabertus abba Prumiensis cœnobij, curã pastoralem sua spõte per concessum regis deposuit. & ego, quanuis indignus, secundum regularem auctoritatem per electionem fratrum in regimine successi, in quo tamen non diutius immoratus æmulis agentibus. Richarium fratrem Gerhardi & Mathfridi, inuidiosum mei negotij, successorem sustinui. Obsecro aũt ne lectori oneroſum uideatur, si rẽ ab origine repetã, et qualiter huiusce modi negotium ad effectum perductum fuerit, simplici sermone pandam. Absurdum enim uidetur, ut qui aliorum actiones, & rerum gestarum causas explanare proposui, negotium quod ad me pertinet, silentio prætermittam, præsertim poplitibus ueniã posco lectoris, eo quod uerbosus in hac relatione ultra, quàm decuit, extiti. Necessitas enim ut nõ solum facta, sed etiam dicta in ordine dicam, propter inuidentium & aduersantium calumnioſam quærelam.

Regino autor nosster abbatis munus cur deposuit à se.

Omissum est omnino, quod dicere proposuit.

Hæc de retroactis causis transcursisq; temporibus, ex multis pauca commemorasse sufficiat. Nam de modernis temporibus idcirco reticere disposuimus, quia si ueritatem rerum gestarum ad liquidum stilo executi fuerimus, procul dubio odium & offensam quorundam, qui adhuc superstites sunt, incurremus. Si aũt à ueritate recedẽtes, aliter quàm causa se habeat scripserimus, nichilominus adulationis & mendatij notã incurremus, quia omnibus penè res cognita est posteris. Ergo hoc latius explanandum relinquimus, sed ne hęc per omnia intacta preterisse culpemur, res tantum gestas ex parte summatim annotare curabimus.

Igitur anno supra memorato, mense Iulij Vualtharius Comes, Nepos Ottonis regis, filius scilicet auunculi eius Adalhelmi, aduersus eundem regem cum consilio quorundã rebellionis arma leuauit, et Lugdunum tum ingressus, omni annisu regię potestati contraire nitit̃. Quod cum Otto cognouisset, ciuitatẽ obsidione cinxit, quã absq; mora in deditionẽ recepit. Deinde omnibus primoribus, q̃ tunc ibi aderãt, adiudicãtibus eundẽ Vualgariũ decollari iussit. eo qd̃ incõuentu publico cõtra regẽ, & dominũ suũ gladiũ euaginasset. Post

Otto rex Galliæ.

set. Post hæc in Aquitaniam proficiscitur, contra Ramnolfum & fratrẽ eius Gozbertum, & Ebulonem abbatẽ de sancto Dionysio, & alios nonnullos, qui eius imperijs obtemperare renuebant, ut eorum insolentiam reprimeret.

Item eodem anno Mense Septemb. Megingandus Comes, Nepos supradicti Ottonis regis, dolo interfectus est ab Alberico, & socijs eius in monasterio sancti Xysti, quod uocatur Sotila, cuius corpus Treuerim deportatũ, apud sanctum Maximinum est sepultum.

Megingandus interficitur.

Per id tempus Arnt, Vuirtzburgensis ecclesiæ uenerabilis episcopus, hortatu & suasione Popponis Thuringorum ducis, ad pugnam cõtra Sclauos profectus, in eadem pugna occiditur, cuius cathedram Rodulfus licet nobilis, stultissimus tamen, frater Chuonradi & Geberhardi comitum obtinuit, & ei in episcopatu successit.

Rudolfus fatuus epṡ Herpipolẽ.

Arnolfus Zundibolcho filio honores Megingandi comitis ex parte largitur.

Poppo dux Thuringorum dignitatibus exspoliatur, & Ducatus quem tenuerat Chuonrado cõmendatur, quẽ pauco tẽpore tenuit, & sua spõte eum reddidit. Deinde Burchardo comiti cõmittitur, qui eum hactenus strenue gubernat.

Ottone rege in Aquitania commorante, Francorum principes ex permaxima parte ab eo deficiunt, & agentibus Falcone archiepiscopo, Heriberto & Pippino comitibus, in Remorum ciuitate Carolus filius Ludouici ex Adelheide regina ut supra meminimus natus, in regnum eleuatur.

Anno domi. incarnationis DCCCXCIII. Arnolfus Baioariã egressus Franckfurt uenit, & Rhenum transiẽs, ciuitates quæ in regno Lotharij sunt ex maxima parte circuiuit, in quo itinere ingentia dona illi ab episcopis oblata sunt.

Otto compositis rebus in Aquitania, in Franciam reuertitur, et cum Rodeberto fratre Carolum fugat, defectores persequitur.

Ebulo abbas de sancto Dionysio, cum quoddam castrũ in Aquitania situm ardentius expugnaret, ictu lapidis perijt. monasterium sancti Dionysij Otto ad suum seruitium reuocat.

Carolus uires Ottonis ferre non ualens, patrocinia Arnolfi supplex exposcit. Aestiuo siquidẽ tempore, iam dictus rex conuentũ publicũ Vuormatia ciuitate celebrauit. ubi Carolus uenit, & Arnolfum magnis muneribus sibi conciliat, regnumque quod usurpauerat, ex eius manu percœpit. Iussum est etiam ut episcopi & comites, qui circa Mosam residebãt, illi auxilium ferrent, & eum in regnum inducentes, in sede regia inthronisarent. Sed neutrum horũ illi quicq; profuit. Denicq; Otto rex audiens cum exercitu super ripam Axani fluminis sedit, & copias Arnolfi intrare in regnũ nullatenus pmisit.

Duces regis cernentes Ottonem uiriliter paratum esse ad pugnam, ab eo declinauerunt, & ad propria reuersi sunt.

Carolus autem in Burgundiam secessit, & Ottone Parisius reuertente, rursus regni fines occupat. Ottonis fideles infectatur, sicq; alternatim exuttaq; parte multi pereunt, ingens malicia, innumerabiles rapinæ, & assiduæ predæ fiunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXCIIII. Arnolfus cum ualido exercitu Langobardorum terminos intrauit, & circa purificationem sanctæ Mariæ castrum, quod nuncupatur Pergamum, armis cœpit, & Ambrosium comitem ipsius ciuitatis, laqueo ante portam ipsius urbis, in quadam arbore suspendit. Vnde tantus timor super reliquas ciuitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, sed omnes obuiam procederent uenienti. peruenit autem usq; Placentiam. Inde conuersus est per Alpes penninas, Galliam intrauit, & sanctum usq; Mauritium peruenit. Ruodolfo quem quærebat, nocere nō potuit. quia montana conscendens, in tutissimis locis se absconderat. Regionem inter Iuram & montem Iouis, exercitus grauiter attriuit.

Post Vuormatiam uenit, ibiq; placitum tenuit, uolens Zundibolch filium suum regno Lotharij præficere, sed minime optimates prædicti regni, ea uice assensum præbuerunt.

Soluto cōuentu cum ad Loraham idem princeps uenisset, Ludouico filio Bosonis, matre Hirmingarde interueniēte, quasdam ciuitates cum adiacentibus pagis, quas Ruodolfus tenebat, dedit. sed & hoc ei in uacuum cessit, quia eas nullo modo de potestate Rodulfi eripere prævaluit.

Guido Impe. moti. Eodem anno Guido qui Italiam regebat, & Imperatoris tenebat nomen moritur. Lampertus filius eius regnum obtinuit, & Romam uenies, Dyadema imperij à præsule sedis apostolicæ ei imponi fecit.

Hildegardis suis priuatur. Per id tempus Hildegardis filia Ludouici regis, fratris Carolomani & Caroli, à quibusdam ad Arnolfum accusata, regijs possessionibus priuatur, & priuata in exilium destinatur in monasterio puellarum, quod Chemissem dicitur, sed non multum post temporis in gratiam redijt, & sua ex maiori parte cœpit.

Zundibolch rex Morauiæ. Circa hecetiam tempora Zundibolch rex Marahensium Sclauorum, uir inter suos prudentissimus, & ingenio callidissimus, diem clausit extremum. Cuius regnū filij eius pauco tempore infeliciter tenuerunt. Vngari omnia usq; ad solum depopulantibus.

Synodus contra seculares. Anno dominicæ incarnationis DCCCXCV. Synodus magna celebrata est apud Triburias contra plerosque seculares, qui auctoritatem episcopalē imminuere tentabant, ubi uigintisex Episcopi, cum Abbatibus monasteriorum residentes, plurima decreta super statum sanctæ ecclesiæ scripto roborauerūt. Post hæc Arnolfus Vuormatiam uenit, ibiq; optimatibus ex omnibus

ex omnibus regnis suæ ditioni subditis sibi occurrentibus, conuentum publicum celebrauit, in quo cōuētu omnibus assentientibus, atque collaudantibus Zundibolch filium regno Lotharij prefecit.

In eodem placito Otto rex cum magnis muneribus ad Arnolfum uenit, à quo honorifice susceptus est, omnibusq; impetratis pro quibus uenerat. cum in regnum reuerteretur Folconem episcopum, & Adalongum comitem sui mā sionarij ad Arnolfum xenijs à Carolo missis, Venientes in media uia offenderunt, super quos cum clamore impetum faciunt, Episcopus fuga dilabit. Adalongus mortali uulnere sauciatur, sarcinæ diripiūtur, prædictus comes in Trigorio in uilla, quæ dicitur Belthōnus sepelitur.

Legati Ottonis regis Galliæ spoliantur & grauiter uulnerantur.

Eodem anno Zundibolch collecto imenso exercitu, cupiens amplificare terminos regni sui, quasi Carolo aduersus Ottonem auxilium laturus, Lugdunū deprædatum uenit, & ciuitatem obsidione cinxit, sed minime eam capere potuit, quāuis multis diebus summis uiribus certatim dimicatū esset. Audiens autem Ottonem cum exercitu aduenire, qui ea tempestate in Aquitania morabatur, cum omnibus copijs recessit, & in propria regna se recepit. Ea tēpestate Ludelinus uenerabilis uir, in Tulleñ ecclesia à metropolitano Ratboldo, à suis suffraganeis episcopus consecratur.

Arnolfus capit Romam. Anno dominicæ incarnationis DCCCXCVI. Arnolfus secundo Italiam ingressus, Romam uenit, & urbem Romanam cum consensu summi pontificis armis cœpit. Quod retro ante seculis ideo inauditum, quia non factū fuit excepto quod Galli Senones, cum Brennone duce, multo ante natiuitatem Christi tempore semel fecerūt. Mater Lamperti, quæ ad præsidium à filio relicta fuerat, cum suis latenter aufugit. Arnolfus ciuitatē ingressus, à Formoso apostolicæ sedis præsule, cum magno honore susceptus est, & ante confessionem sancti Petri coronatus, Imperator creatur.

Inde reuertentes Paralisi morbo grauatur, ex qua infirmitate diu langueſcit. Eodem anno Lampertus filius Guidonis de quo superius paulo mentionē fecimus, uita decedit, & Ludouicus Filius Bosonis à Langobardis iuitatus, à prouincia egressus, Italiam intrat.

Per id tempus circa festiuitatem sancti Andreæ Albricus comes, qui Megingandum occiderat, à Stephano fratre Vualonis, interficitur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXCVII. Stephanus Odocar, Gerhardus, & Matfridus comites, honores & dignitates quas à rege acceperāt, perdunt. Zundibolch Treueris cum exercitu uenit, terram quam præfati tenuerant, inter suos diuidit, monasterium ad Horrea, & monasterium sancti Petri, quod Mettis situm est, sibi reseruans.

Post hæc patrem super uxore, quam accipere desyderabat per legatos consulit, cuius hortatu ad Ottonem comitem missum dirigit, eius filiam nomine Odā, in coniugium exposcit, ille petitionibus eius grauiter assensū præbuit, eicq; filiā tradidit, quā post pascha celebratis nuptijs sibi īmrimoniū sociauit. Eodem āno Arnolfus Vuormatiam uenit, ibiq; placitum tenuit, ubi ad eius colloquium Zundibolch occurrit, & interuētu Imperatoris Stephanus, Ger-

Zundibolch Odā filiam Ottonis accipit in uxorem.

iardus,& Matfridus cum filio reconciliãtur.
Ea tempeſtate inter Ruodolphum epiſcopum Vuirtzeburgẽſem, & filios Heinrici ducis, Adalhardum, & Heinrichum magna diſcordiarum liſ, & im placabilis odioꝝ cõtrouerſia, ex paucis minimiſq; rebus oritur, & uelut ex p modica ſcintilla, ingens incendium excitatur, ita de die in diem ſuccreſcẽs, in ĩmẽſũ dilatat. Et dũ de nobilitate carnis, de parẽtũ numeroſa multitudi ne, de magnitudie terrenæ poteſtatis ultra, quã decet, ſe extollũt, ĩ mutuis cæ dibus prũpunt, innumerabiles ex utraq; parte gladio peunt, truncatiões ma nuum ac pedum fiunt. Regiones illis ſubiectæ, rapinis & incendijs, ſolote nus deuaſtantur.

Otto rex Galliæ moritur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXCVIII. Otto rex ægritudine pulſat, & menſe Ianuario, die tertio eiuſdem menſis diem clauſit extremum, & apd ſanctum Dionyſium cum debito honore ſepulturæ mandatur. Principes in unũ congregati, pari conſilio & uoluntate, Carolum ſup ſe conſtituunt.

Reginarius dux,

Eodem ãno Zundibolch Reginarium ducem ſibi fidiſſimum, & unicum con ſiliariũ, neſcio cuius inſtinctu à ſe repulit, & honoribus, hæreditatibus, quas in ſuo regno habebat, interdictis, eum extra regnum infra XIIII. dies ſecede re iubet. Ille, adiuncto ſibi Odocro comite, & quibuſdam alijs cum mulieri bus & paruulis, & omni ſupellectili in quẽdam tutiſſimum locum, qui Dur fos dicitur intrauit, ibiq; ſe cõmuniuit. Quod cũ rex cognouiſſet, coaduna to exercitu, caſtrum expugnare conatus ẽ, ſed minime preualuit propter pa ludes, & multiplices refuſiones, quas ĩ prædicto loco Moſa fluuius facit. Re ge ab obſidione recedente, prefati comites Carolum adeunt, & eũ cum exer citu in regnum introducunt. Zundibolch quãuis ſero intelligẽs ſe circum uentum, cum paucis fuga dilabitur. Carolus recto itinere Aquis uenit, deĩde Neumagum perrexit, interea Zundibolch ad Franconem epiſcopum uenit, & cum omnibus ſuis ſecum adſumens, Moſam tranſijt, & ad Forichmagas uenit, ubi omnes proceres regni qui in illis partibus erant ad eum confluxe runt. Et ex deſperatis itaque rebus, uires ſe recepiſſe congaudens, reſumpta fiducia, contra æmulum ad pugnam pficiſcitur. Carolus à Neumago reuer ſus, Prumiam uenit, & inde aduerſus Zundibolch copias trãſfert, ſed appro pinquãtibus ex utraq; parte exercitibus, nequaquam pugna cõmittitur, ſed intercurrentibus legatis pax firmatur, ſacramenta iurantur, Carolus trans uadata Moſa, in ſuum regnũ regreditur.

Dum hæc in Francia geruntur inter Ludouicum & Berengariũ, in Italia pluri mæ congreſſiones fiunt, multa certaminum diſcrimina uiciſſim ſibi ſucce dũt. Nouiſſie Ludouicus Berẽgariũ fugat, Romã ĩgreditur, ubi à Sũmo põ tifice coronatus, Imperator appellatur.

Per id tẽpus Euerhardus dux filius Meginardi à Vualtgario Friſone, filio Ge rolfi, cum uenatum pergeret, dolo trucidatur. Ducatus quem tenuerat Me ginardo fratri ab Imperatore cõmittitur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXCVIIII. zundibolch colloquium ha buit cum optimatibus Arnolfi & Caroli, & ſuis apud ſanctum Goarem, ex regno

regno Arnolfi interfuerunt Hatto archiepiſcopus, Chuonradus & Gebel hardus comites ex parte Caroli Haſchiricus epiſcopus, & Odacar comes. Quid uero in eodem conuentu ſeorſum ſine preſẽtia regis pertractatum ſit, poſtea euentus rei luce clarius manifeſtauit.

Eodem anno Richarius abba monaſterij Prumienſis conſtituitur. Qualiter au tem erga me actum ſit, idcirco hoc in loco notare diſtuli, ne forte iniurijs pro uocatus, ultra quam chriſtiana patientia permittit, perſecutionis meæ cau ſas exaggeraſſe uiderer. & ne prolixæ rationis oratio, quæ multiplex atque perplexa eſt, faſtidium inferret audientibus. Res enim geſtas, ut ſupra præ miſimus, notare ſtuduimus, nõ reꝝ geſtarꝝ cauſas certis rõnũ indicijs eno dare. Et qui in aliorum actionibus breuitati ſtudemus, in noſtris uerboſita tis uicium cauere debemus. Zundibolch denuo cum exercitu ad Durfos ue nit, multitudinem totis uiribus expugnare molitur. Sed cum minime conã tus eius proficeret, Epiſcopus iubet ut reginariũ, & Odacrum, & ſocios eo rum anathematiſarent. Sed cum illi anathematis ſententiam proferre re cuſarent, nimis exprobrationibus & contumelijs utitur, & ſic ſoluta obſidi one, unuſquiſq; ad propria rediit.

Promiſit & antea ſe dicturum, & ad huc reticet.

Ea tempeſtate Odilbaldus ſanctus uir Traiectenſis eccleſiæ præſul, rebus hu manis ſublatus, ad cœleſte regnum tranſiuit. in cuius loco ſubrogatus ẽ Rat boldus uenerabilis antiſtes. Circa confinia memorati anni Arnolfus Impe rator migrauit a ſeculo III. kal. Decembris, ſepultuſq; eſt honorifice in Odin gas, ubi & pater eius tumulatus iacet.

Anno dominicæ incarnationis DCCCC. proceres & optimates, qui ſub ſedi tione Arnolfi fuerant ad Forachem in unum congregati, Ludouicum filiã um præfati principis, quem ex legitimo matrimonio ſuſceperat, regem ſup ſe creant, & coronatum, regijſq; ornamentis indutum, in faſtigio regni ſubli mant. Dum hæc in Germania aguntur inter Zuendipoldum, & prioribus regni inexpiabilis oritur diſſenſio, propter aſſiduas deprædationes & rapi nas, quæ in regno fiebant. & quia cum mulieribus, & ignobilioribus regni negocia diſponẽs, honeſtiores & nobiliores quoſq; deiciebat, & honoribus & dignitatibus exſpoliabat. Pro huiuſcemodi itaq; cauſa, omnibus odioſus efficitur. Certatim igitur ad Ludouicum tranſeunt, eumq; in regnum intro ducũt. eunt Theodonis uilla, manibus datis, eius dominationi ſe ſubiciunt. Ludouico trans Rhenum eunte, Zuendipol coadunatis, quaſq; potuit ciui tates regni circuit, incendijs ac rapinis cũcta deuaſtat, arbitratus defectores qui propter eius inſolentiam, & immanem maliciam ab eo defecerant, ĩma niora & peiora faciẽs, ad ſe reuocare poſſe. Ludouicus in regnũ rurſus accer ſit, & à comitibus Stephano, Gerhardo & Matfrido circa Moſã Idem Zuen dipold in prælio interficitur idus Aug. Eodem ãno Gerhardus comes Odã uxorem eiuſdẽ Zuendipoldi regis, ſibi in matrimonium copulat,

Anno dominicæ incarnationis DCCCCI. Gens Hungarium, Langobardo rum fines ingreſſa cædibus, incendijs, ac rapinis crudeliter cuncta deuaſtat. cuius uiolentiæ, ac beluino furori, cum terræ incolæ in unum agmen con globati

Ludmardus epūs Vercellensis ab Hūgaris trucidatur.

globati resistere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus sagittarū periit. Quāplurimi episcopi, & comites trucidantur. Ludmardus episcopus Vercellen. eccliæ, Caroli quōdā Impatoris familiarissimus, & cōsiliarius à secreto, assumptis secum opibus, atq; incomparabilibus thesauris, quibus ultra quàm æstimari potest, abundadat. Cum effugere eorum cruentam ferocitatem, omnibus uotis elaboraret, super eos inscius incidit, ac mox interfici tur, opes quæ secum ferebantur, diripiuntur.

Eodem āno Stephanus comes, frater Vualonis, cum in secessu residēs nocturnis horis aluum purgaret, à quodam per fenestram cubiculi, sagittæ toxicatæ ictu grauiter uulneratur, ex quo uulnere eadem nocte extinguitur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCII. Adalbertus cum fratribus Adalhardo & Henricho, collecta ualida manu, aduersus Eberhardum & Gebelhardum, & Ruodolphum fratres, de quibus paulo superius mentionem fecimus, ex castro quod Babenberkg dicitur, prosiliens ad pugnam processit. Cuius impetum uiriliter excipientes, ferro aciem irrumpunt, obuios quosq; terræ prosternunt, nec ante desistunt, quàm aduersariorum agmē fugam inire compellant, in quo certamine Henricus interfectus est, & Adalhardus captus est, & post modum iussu Gebehardi decollatus ē. Eberhardus etiā multis uulneribus cōfossus ī prælio cecidit, ubi finito conflictu, inter cadauera occisoq; à suis iuētus, domū reportat, & paucis interpositis diebus & ipe moritᵘ.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCIII. Adalbertus Ruodolphum episcopum de Vuirtzburgensi ecclesia fugat, & res & possessiones prefatæ ecclesiæ crudelissime depopulatur, filios etiam Eberhardi, simul cum matre à propriis hæreditatibus & honoribus, regio munere concessis, exire compellens, ultra Spechteshart secedere cogit.

Speſſart ſyluaaīs.

Circa hęc tempora Folco Remorum Archiepiscopus, à quodam Vuinimaro satellite Balduini comitis interfectus est, causa autem huius interfectiōis hęc fuisse memoratur, prędictus Balduinus Atrabatis castrū, uidelicet abbatiā sācti Vedasti nullo sibi cōcedēte iuaserat, quā Carolus rex ei auferēs, Folcōi epō eandem in bñficiū largitus ē. Qđ Balduinus ægreferēs, misit ad iā dictū episcopum Vuinimorum, obsecrans ne honores quos hactenus tenuerat, atque possiderat, ipse cupiditate ductus, sibi usurparet. Insuper etiam ingentia dona pollicitus est, si eius ope, & interuentu præfatam possessionem obtinere posset. Sed cum episcopus minime assensum præberet, & nescio quid durius, & amarius quām oportebat, responderet. Ille, diabolo instigante, furore nimio succensus, ab eo diuertit, & quandam Syluam cum socijs ingressus. Cum idē Folco à Compendio palatio, à rege reuerteretur, super eum irruit, & eum absque mora trucidauit. In Remorum cathedra Herineus sublimatus est, qui eundem Vuinimarum cum multis alijs episcopis excōmunicauit, & pro tam inaudito scelere, perpetuo anathemate cōdēnauit.

Remorum epiſcopus interfi ītur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCIIII. Ludouicus filius Bosonis, quē supra meminimus Imperatoris nomen esse sortitum, Berengarium de Italia expulit, atque omne illud regnum suæ ditioni subegit. Cernens autem nullū esse aut posse nocere, ultra quā oportebat de securitate pręsumens, ea quæ pacis & quietis sunt cœpit cogitare, absoluto itaque exercitu, cum perpaucis Veronam

Berengarius Italia expellitur.

Veronā ingressus est, adhortāte Adelhardo prefatæ urbis episcopo. Ciues autem hoc Berengario summa cum festinatione notum fecerunt, qui eo tempore in Baioaria exulabat. Ille nil moratus, cōtractis undiq; copijs, Veronā peruenit, atque improuidum uirum dolo cœpit, & captum luminibus priuauit. Siquidem ciues, qui partibus eius fauebant, portas ciuitatis ei aperientes, eum nocturno tempore intra muros receperunt. & sic insperate, & absque premeditatione Ludouicus nū solum regno, sed etiam oculis priuatus est. Tandem itaque Berēgarius regnum Italiæ multis cædibus cruentatum, infaustis, infortunatisq; prœlijs diu quæsitum, cum huiusce modi triumpho obtinuit. Eodem anno in mense Maio, Cometę stella apparuit, & in mense Augusto hæc mutatio regni facta est.

Berengarius Ludouicū oculis priuat.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCV. Chuonradus comes, filium suū Chuonradum misit cum armatorum non modica manu, ut irruerent super Gerhardum, & fratrē eius Matfridum, eo quod honores suos & Gebelhardi fratris eius, uidelicet possessionem sancti Maximini, & sanctæ Mariæ ad Horrea uiolenter inuasissent, quibus exercitus ex regno Lotharij sociatus ē. Peruenerunt autem usq; in Pago Blesiaco rapinis, & incendijs hæreditatem, & possessionem supradictorum fratrum, ac Satellitum eorum depopulātes. Porro Gerhardus, & Matfridus à castro in quo se munierant, legationē mittentes, pacem petierunt, qua concessa, datis ex utraq; parte sacramentis, usq; in octa. Paschæ exercitus ad propria discessit.

Dum hæc in regno Lotharij aguntur, Chuonradus senior in Hessia in loco q dicitur Fridesar, cum multa turba peditum & equitum residebat, crebras incursiones Adalberti suspectas habens. fratrem uero eius Gerhardum in Vuedereuia, cum omnibus quos sibi adsociare poterat, eiusdem Adalberti præstolabatur repentinam iruptionem, nec eos fefellit per omnia rerum euētus. Siquidē Adalbertus uires aduersariorum extenuatas esse sentiens, eò quod in tribus partibus essent diuisi, oportunum & diu exoptatum tempus aduenisse gaudens, congregatis socijs mox arma corripit, & primo quidem simulat se contra Gerhardum copias transferre uelle, ut & illum bello perterreret, & fratrem securiorem redderet. deinde quanta potuit celeritate aciem aduersus Chuonradum dirigit. Quod cum Chuonradus sero cognouisset, diuisis socijs in tribus turmis, ei īcunctanter occurrit, & cōmissa pugna duæ turmæ, una peditum, & altera Saxonū statim terga uertunt. Quos cū Chuōradus clamore ingenti frustra hortaretur, ut nullatenus hostibus cederent, Sed pro coniugum, ac liberorum salute & defensione patriæ, totis uiribus decertarent. Ipse cum tertia Turma, animatis socijs, super aduersarios irruit, sed mox in ipso primo impetu, multis uulneribus confossus, extinctus est. Adalbertus uictoria potitus, cum socijs fugientes insecutus est, & innumeram multitudinem maxime peditum gladio prostrauit. Tribus itaque continuis diebus, totam illam regionem perlustrans, cædibus ac rapinis cuncta demolitus est. Hispatratis socijs, spolijs, ac ingenti præda ad Babenberch castrum reuersus est. Peracta est autem hæc cædes III. kal. Martij. Venientes filij cum matre, leuauerunt corpus Chuōradi, & sepelierunt ī castro

quod

quod Vuileneburch uocatur.

Vuilnburg i Hassia. Eodem ãno circa Iulium mẽsẽ, Ludouicus rex conuentum generalem celebrauit apud Triburias uilla regia, ubi adesse mandauit sæpe dictum Adalbertũ ut in præsentia optimatum regni, pro se rationem redderet, & pacis conditionem, quam hactenus exosam habuerat, tandem aliquando deposita crudelitatis tyrannide, susciperet. & rapinis, cædibus, & incendijs saltem, uel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitis, nequaquàm assensum præbuit. Cernens itaque rex obduratum eius animum, & incœpta rebellionis malicia obstinatum, collecto undique exercitu, eum in castro quod Tetrassa dicitur, obsidione cinxit. Interea Egino qui eius indiuiduus comes in omni prauitate extiterat, ab eius societate defecit, & cum omnibus suis, ad regis castra transijt. Protracta igitur paulo prolixius obsidione, fractus animo Adalbertus, ad callida argumenta conuertitur, & omi ingenio excogitare cœpit, qua arte obsidio solueretur, ut exercitu ad ppria remeãte, optata libertate potius

Albertus Bombergensis. ipse cum sibi fauentibus, dolos quos in pectore uoluebat, longe lateque effũdere posset. Portis itaque apertis, à munitione exiens cum perpaucis, ultro se regi obtulit, supplex ueniam de cõmissis exposcit, emẽdationem promittit. Sed cum fraus quæ struebatur, suis prodentibus fuisset detecta, custodiæ mancipatur, & in præsentia totius exercitus, manibus uinctis adductus, omnibus adiudicàntibus, capitalem sententiam, suscepit V. Idus Septembris. facultates & possessiones eius in fiscum redactæ sunt, & dono regis inter nobiliores quosq; distributæ. Cõpositis ita in Orientali Francia rebus, rex Mediomatricum uenit, ibique in publico conuentu Gerhardum atque Matfridum proscriptione damnauit. Inde regressus Strasburgensem urbem adijt, episcopum ac plebem inter sedissidentem ad concordiam reuocauit, & sic Rheno transmisso, recto itinere in Alemaniam perrexit. Per id tempus Baltrannus Strasburgẽsis ecclesiæ, & Luidhelmus Tullensis ecclesiæ prælules migrauerunt à seculo. Quibus successerunt in pontificali cathedra Otbertus in Strasburgensi ciuitate, & Druogo in Tullensi. Hucusque Regino. Hęc uero quæ sequuntur addita fortasse sunt ab alio quopiam monacho.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCVII. Bauari cum Hungaris congressi, multa cæde prostrati sunt, in qua cõgressione Luitbaldus dux occisus est. cui filius suus Arnolphus in ducatum successit.

Hungari in Alemaniam. Anno dominicæ incarnationis DCCCCVIII. Hũgari iterum terminos transgressi, Saxoniam & Turingiam uastauerunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCVIIII. Hũgari Alemaniam ingressi sunt.

Franci ab Hũgaris uicti. Anno dominicæ incarnationis DCCCCX. Franci in confinio Bauariæ, & Franciæ Hũgaris congressi, miserabiliter aut uicti, aut fugati sunt. In quo prœlio Gebelhardus comes interijt, relictis duobus filijs suis adhuc pueris, Vdone & Herimanno, qui postea clari & nobiles i Francia extiterunt.

Anno do

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXI. Ludouicus rex, filius Arnolphi Imperatoris obijt. cui Chuonradus filius Chuonradi ab Adalberto occisi, regali iam stirpe deficiente, in regno successit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXII. Hungari iterum, nullo resistente, Franciam & Turingiam uastauerunt. Hatto archiepiscopus obijt, uir adeo strenuus & prudens, cui Herigerus successit. Otto dux Saxonum obijt.

Hatto episcopus Moguntin. obijt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXIII. Hyems magna nimis. Hungari partes Alemaniæ uastauerunt, & iuxta In fluuium à Bauaris & Alemanis occisi sunt. Eodem anno Euerhardus episcopus Spirensis ab Erenhardo, & Chuonrado comitibus cæcatus est. Otbertus Strasburgẽsis episcopus occiditur.

Hungari cæsi ab Alemanis, & Bauaris

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXIIII. Salomõ episcopus captus est.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXV. Hungari totam Alemaniam igne & gladio uastauerunt, sed Thuringiam & Saxoniam peruaserunt, & usque ad Fuldam monasterium peruenerunt DCCCCXVI.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXVII. Hungari per Alemaniam i Alsatiam, & usque ad fines Lothariensis regni peruenerunt. Freckanger & Berahtold decollantur. Arnolphus dux Bauarorum regi rebellat.

Hungari in Alsatiã

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXVIII. Chuonradus rex natiuitatem sancti Ioannis Heroluesfelt monasterio celebrauit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXVIIII. Chuonradus rex obijt, uir per omnia mansuetus, & prudens, & diuinæ religionis amator, qui cum obitus sui diem imminere sentiret, uocatis ad se fratribus, & cognatis suis maioribus scilicet Francorum, mortem sibi imminere prædixit. & ne in eligendo post se regem dissidium regni fieret, paterna eos uoce præmonuit. Sed & Heinrichum Saxonum ducem, filium Ottonis uirum strenuum, & industriũ præcipuumq; pacis sectatorem, ut eligerent iussit. aliumque ei ad hoc officium æque condignum inueniri non posse testificans, Sceptrum ei & coronam, cæteraque regiæ dignitatis ornamenta, peracto tuendi, & conseruandi regni, per eos transmisit. Ipse uero hac uita decedens, in Fulda monasterio honorificata sepultura, tumulatus est. Multis tamẽ laboribus, ad paucos quos regnauit annos, est à Bauaris & Alemanis, & Saxonibus sibi rebellantibus fugatus, quos ãte obitum suum, deo propitio, superauit.

Chuonradus rex obijt.

In Fuldẽsi monasterio sepultus

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXX. Heinrichus dux, consensu Francorum, Alemanorum, Bauarorum, Thuringorum, & Saxonũ, rex eligitur. qui initium sui regni, disciplina seruandæ pacis inchoauit. Multi enim illis tẽporibus, etiam nobiles illis tẽporibus latrocinijs insudabant.

Heinrichus dux Saxonum rex eligitur

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXI. apud Franciam superiorem, graues & intestinæ discordiæ feruent inter Ruodbertum iuasorem regni, & Carolum regem. Interim Heinrichus rex stabiliendæ paci, & reprimendæ Sclauorum seuitiæ fortiter insistit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXII. Sueſſionis inter Ruodbertum & Carolum tanta pugna cõmiſſa eſt, ut pene ex utracꝫ parte victores eẽ uiderẽt. Carolus tamen ori ſacrilego Ruodberti ita lanceã infixit, ut diffuſa lingua ceruicis, poſteriora penetraret.

Paderſheim ad'.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXIII. precioſiſſimus theſaurus ſãguinis domini uenit in Augiam VI. Idus Nouembris. Haicho abba Fuldenſis obiit, cui Hilbertus ſucceſſit. Carolus Alſatiam, & partes illas Frãciæ iuxta Rhenum uſque Moguntiam ſibi uſurpaturus, uſque Patẽnichheim uillã iuxta Vuormatiam hoſtiliter peruenit. Vnde fidelibus regis Heĩrichi Vuormatiæ coadunatis, aliter qnàm decuerat regem auſugit.

Eodem anno Heinrichus rex, adiunctis ſibi Ruotgero archiepiſcopo, Giſalberto duce, Mettenſem urbem obſedit. & Vuitgerum licet diu reluctantem, ſibi obedire coegit. Herimannus ſactiſſimus uir, Colonieñ epiſcopus obiit. cui Vuigfridus ſucceſſit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXIIII. Hungari orientalem Franciam uaſtauerunt. Carolus & Heĩrichus reges apud Bonnam caſtellum conueniunt, & pacem inter ſe facientes, fœdus ineunt, & Carolus nunquàm ſibi amplius Lotharienſe regnum uſurpaturꝰ pmittẽs, regreditur. Eodẽ anno ab Heriberto comprehenſus, in cuſtodiã mittitur.

Carolus rex Galliæ regnum Lotharingiæ donat Germanorum regi.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXV. Heinricho rege, coadunatum & conſtabilitum Lotharienſe regnum, ideo in ſua poteſtate habente, Carolus rex in cuſtodia qua tenebatur obiit. qui fertur uir hebetis eſſe ingenij, & minus aptus utilitatibus regni. Omnes etiam à filio eius deficientes, quippe qui tunc temporis, capto patre, in Hyberniam exulauerat, quẽdam Ruodolphum ſibi regem eligunt. Eodem anno Vuitgerus epiſcopus obiit, cui Bẽno ex ordinarijs Straſburgẽſibus, in Alpibus quondã hæremiticam uitam ducens, ſucceſſor eligitur.

Carolus rex Galliæ in cuſtodia moritur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXVI. Hungari totam Franciam Alſatiam, Galliam & Alemaniam igne & gladio uaſtauerũt. Burchardus dux Alemaniæ in Italia occidit. Herigerus deo dignus præſul obiit, cui Hildibertus Fuldẽſis abbas ſucceſſit. Herimãno, Ducatus Alemaniæ cõmittit. qui Vuidam Burchardi duxit uxorem.

Hungari in Germaniam excurrunt.

Anno dñicæ incar. DCCCCXXVII. Benno q bñdictus eps dicitur, à Mettẽſibus excęcatur, & Synodo apd' Duiſburgeñ. habita, oẽs illius facti auctores excõmunicantur, & Adalbero nobilis pro eo eps inſtituitur.

Bẽno eps excæcatur

Anno dñicæ incarna. DCCCCXXVIII. Heinrichus rex, Boemos hoſtiliter inuaſit, & præſtante deo fortiter ſuperauit. Ea tẽpeſtate Ottoni filio eiuſdẽ regis natus eſt filius Vuillihelmus. Hyems magna nimis. Ruotgerus Treuirorꝫ archiepiſcopus obiit, cui Ruodbertus ſucceſſit.

Anno dominicæ incarna. DCCCCXXVIIII. Giſalbertus dux, Gerburgam filiam Heinrichi regis duxit uxorem.

Anno dñicæ incar. DCCCCXXX. Otto filius regis Heĩrichi, Edgid filiã regis Anglorum duxit uxorem.

Auno dñicæ incarna. DCCCCXXXI. Heinrichus rex, regem Abotridorꝫ, & regẽ Danorum efficit chriſtianos. Eodem anno rex ab Eberhardo, aliiſque Franciæ

Franciæ comitibus ſeu epiſcopis in Franciam uocatus, ſingillatim ab uno quoꝫ eorum ĩ domibus ſuis, uel eccleſiarum ſedibus regem decentibus, eſt conuiuijs & muneribus honoratus DCCCCXXXII.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXIII. Hungari per orientales Francos, & ĩ Alemania multis ciuitatibus igne & gladio conſumptis, iuxta Vuormatiam Rheno tranſito, uſque ad mare Oceanum Galliam deuaſtantes, per Italiam redierunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXIIII. Henrichus rex, Hungaros multa cæde proſtrauit, plureſcꝫ ex eis comprehendit. Eodem anno Sclauos qui Vncrani uocantur hoſtiliter inuaſit, & uicit, ſibique tributarios fecit. Eccleſia ſancti Maximini turbine cecidit. Flectione clementia regis monachis reddita. Ogo ante propoſitus, Abbas eiuſdem loci eligitur, & monachi non regulariter ibi uiuentes, expelluntur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXV. Heĩrichus rex Paraliſi percutitur.

Anno dominicæ ĩcarnationis DCCCCXXXVI. Synodus apud Erfeſſurd in Turingia celebratur à cõpluribus epiſcopis. Heinrichus rex præcipuus pacis ſectator, ſtrenuuſcꝫ paganorum inſecutor, poſt plures fortiter, & uiriliter actas uictorias, dilatatis undique ſui regni terminis VI. noñ. Iulij, diẽ clauſit extremum. Cui filius ſuus Otto cõſenſu primorum regni ſucceſſor eligitur. Hildebertus archiepus obiit, cui Friderichus ſucceſſit. Vnni archiepiſcopus, cui Adalgiſus ſucceſſit.

Synodus Erffurdiæ

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXVII. Monaſteriũ ſancti Galli & monaſterium ſancti Bonifacij igne comburuntur. Ruodolphus rex Burgundiorum, & Arnolphus dux Bauarorum obierunt. graues & inteſtinæ diſcordiæ iter Heinrichum fratrem regis, & Eberhardum ducẽ Francorum naſcuntur, ob exortas inter Vaſſallos eorum inimicitias.

Anno dominicæ ĩcarnationis DCCCCXXXVIII. Filij ducis Arnolphi, ambitione Ducatus regi rebellarunt, quos ipſe debellaturus in Bauariam ibat. Sed nõ, ut uoluit, eos pacificare ualens, reuertitur. Interim frater regis Heinrichus ab Eberhardo comprehenditur in caſtello Badalikki, quo tamen citius liberato, Eberhardus Hildineſheim in exilium deſtinatur. Iterumcꝫ rex in Bauariam reuertens, omnes ſibi ſubdidit. & Eberhardum Arnolphi filiũ plus alijs rebellem, in exilium miſit. Hungari iterum à Saxonibus multa cæ deuaſtati.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXVIIII. Eberhardus ab exilio remittitur, totumcꝫ regnũ inimicis & rebelliõibus confunditur. Eberhardus eñ & Giſalbertus cũ Heĩricho fratre regis aduerſus regẽ coniurant, ſed quidã eccleſiaſtici uiri nequã, & deo odibiles, cũ illis factione cõcordãt, oñiacꝫ paſſim pacis & concordiæ iura turbabant. Tũc rege Lothar. ubi tunc rebellionis ſũma gerebatur adeũte, Giſalbertus cũ fratre regis trãſitũ Rheni regi phibere uolẽs, nec ualẽs, iuxta Biertanã ſocijs regis cõgreditur, Deocꝫ uictoriam præſtante, pluribus ſuoꝝ occiſis, alijſcꝫ fugatis, ipſe & frater regis fugæ ſubſidia petunt. Quos rex inſequens, uſque ad Caprimontem peruenit, caſtellumque in eo ſitum, firma undique obſidione circumdedit. Interim

Romana Gallia.

Ludouicus rex Galliæ Romanæ, filius Caroli, consilio inimicorum regis sub obtentu requirendi Lotharienſis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam inuasit, ubi quæcq; poterat plus hostiliter, quàm regaliter gessit. Quod rex Otto patienter non ferens, Capri montem obsidione absoluit, & Alsatiã petens, Ludouicum regem expulit. Quo expulso, Brisacũ castellum munitissimũ obsedit, ubi quàm plura utrinq; fortia, & bellica gesta pacta fũt, quę futura posterorum successio non ignorabit. Vnde Friderichus Archiepiscopus Moguntinẽsis, & Ruodhardus episcopus Strasburgensis, fixis in obsidione tentoriis, & relictis copiarum quas detulerant sarcinis, nocte clam aufugerunt, & Mettensem urbem adeuntes, Gisalberto & Heinricho se occursuros, ut coniurauerant, sperauerunt. Sed longe aliter eis contigit, cum eos spes inanissima delusit. Nã Gisalbertus & Eberhardus iuxta Anternacum castellũ cum suis Rhenum transituri, ab Vdone, & Chuonrado comitibus, cæteriscq; regi fidelibus, ne transeant bellica congressione, citoq; mortis compendio præuenti. Nam Eberhardus occiditur, & Gisalbertus in Rheno submersus, necatur. plurimiq; ex illorum socijs occisi, reliqui uero sunt fugati, aut capti. Quo audito, Brisacenses castellani regiæ dominationi subduntur, & castellũ obsidione absoluitur. Tunc iterum Lotharienses adiens, omnes suo subiuga uit imperio. Sed & fratrem suum proiectis armis ad se uenientem, solita sibi susscepit misericordia. Nam omnia, quæ ĩ eum deliquit, indulsit, & fraterno secum amore detinuit. omnibus tamen Lotharienſibus subactis, aliquandiu resistere conatus est Episcopus Mettensis. Vnde Theodonis uilla capellam domini Ludouici pij Imperatoris, instar Aquensis incœptam, ne perficeretur, aut pro munimine haberetur destruxit. Nec tamen diutius in huiusce mo di rebellione permansit. Statim siquidem totum regnum uelut ex ipsis fidei uisceribus, Deo propicio, ad regem conuertitur, & extinctis hostibus, pax & concordia renouatur. Friderichus archiepiscopus ad Fuldam monasteriũ mittitur, & Ruodhardus Strasburgẽsis, Corbeiæ monasterio destinatur. Interim dum hæc quæ prædiximus agũtur, Dña Egid regina Lauresheim Monasterio commoratur. In hac eadem tempestate, Danemar frater regis ex cõcubina rebellans, Meresburgo castello occiditur, alijq; sequaces eius truncãtur, aut suspenduntur.

Brisacum,

Epi Moguntinen. & Argentinen. ab Ottone rege fugiũt.

Alis Otgil uel Egid appellant ex nobili gente Anglorum, filia fratris Adelstani regis fuit.

Hac tempestate non in uno solum, sed in omnibus Saxoniæ, & Franciæ prouincijs, huc & illuc uersabatur Vuigman Saxo rebellans, sed reconciliantur. Ludouicus rex Gerbirgam uiduam Gisalberti duxit uxorem.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXL. Heinricho fratri regis, Lotharienſis Ducatus committitur, qui mox eodem anno à Lotharienſibus expellitur, cui Otto comes in eodem ducatu successit. Fridericus episcopus à Fulda remittitur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXLI. Heinrichus frater cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat, quorum qui maiores uidebantur, rex decollari iubebat. Fratrem uero suum Ingelnheym custodiæ mancipabat. Friderichus archiepiscopus, quia conspirationis huius particeps uidebatur,

uidebatur, publica se examinatione, perceptione corporis & sanguinis domini, coram populo in ecclesia purgauit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXLII. Rex Natal. Domini Franckfurdiæ celebrauit. ubi frater eius per Ruodbertũ Maguntinensis ecclesiæ Diaconum, custodiã noctu clam aufugiens, antelucano tempore Regis ecclesiã adeuntis pedibus accubuit, et concessa uenia misericordiam quam precatur obtinuit. Bonna castello præclara synodus à uiginti duobus episcopis habetur. Treueris basilica sancti Maximini dedicatur. Sydus simile Cometæ per XIIII. noctes uisum, & immẽsa mortalitas boum secuta est.

Bonnensis synodus

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXLIII. Otto Dux obijt, cui Chuonradi filius Vuerinheri in Ducatu successit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXLIIII. Rex apud Duisburgen, in rogationibus placitũ cum primoribus Lotharienſium, & Francorum habuit. ubi factione Conradi Ducis, Ruotbertus archiepiscopus Treuirensis, & Richarius Tungrensis episcopus infidelitatis apud regẽ arguũtur. Sed in breui ab obiecto sibi crimine liberantur. Illuc etiam à Traiactẽsibus clericis corpus sancti Seruatij asportatũ est, ob multimodas sibi ab Immone comite illatas iniurias. Hungari à Carantanis tanta cæde mactant, ut nunq; à nostratibus antea taliter infirmarentur. Adalbertus comes filius Matfridi ab Idone occiditur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXLV. Richarius episcopus obijt, cui Ogo Treuerẽn. Abbas in episcopatum successit. Herimannus & Chuonradus Duces, quasdam inter se inimicitias habẽtes, in præsentia pijssimi regis in Cassella sunt replicati. Bertaldus dux Bauarien. obijt, cui Henrichus frater regis in ducatu successit.

Anno domini. incarna. DCCCCXLVI. Ludouicus Rex, à suis regno expulsus, auxiliũ petens Regẽ Ottonem adijt, & ut desiderauerat obtinuit. Nam ualida manu rex Galliam intrauit, & Remensem urbem & Laudunũ, aliaq; castella complurima firma, & munita Ludouico reddi fecit, ipsecq; hostiliter usq; Rothomagum peruenit. Inde omnibus penè, excepto Hugone Ruodberti filio, regni maioribus, regi suo subactis, in patriam regreditur.

Anno dominicæ incarnatio. DCCCCXLVII. Domina Edgid Regina obijt, quæ Maximo regis, omniumq; suorũ planctu Madeburg sepelitur. Chuonradus dux, regi tunc temporis penè præ omnibus charus, Luitgardã filiam regis in matrimonium sumpsit. Ludolfus filius regis tali, ut decuerat, apparatu tertiam filiam Hermanni ducis sibi coniugio copulauit.

Edgid Ottonis uxor obijt.

Anno domini. incarna. DCCCCXLVIII. Synodus in Ingelheym à XXXIIII. episcopis habetur. Cui, presidẽte Martino episcopo Romanæ ecclesiæ Legato, incliti reges Otto & Ludouicus affuerũt. in qua multis ecclesiasticæ utilitati rebusq; promulgatis, causa quoq; Hugonis filij Heriberti, qui Artaldum archiepiscopum expellens, sedes ecclesiæ Remensis inuaserat, uentilatur, & omnium qui affuerant iudicio episcoporum damnatur. Chuonradus

Synodus in Ingelheym.

cõmes q̃ Curcipoldus dicebat, filius Eberhardi, uir sapiẽs & prudens obijt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXLIX. Vualdo Curiensis episcopus obijt. cui Hardbertus successit. Vto comes obijt, qui pmissu regis quicquid beneficij, aut præfecturarum habuit, quasi hæreditatẽ inter filios diuisit. Herimannus dux, inter suos sapientissimus, & prudẽtissimus obijt IIII. idus Decemb. Eodem anno Luidolfo filio regis, Mathildis filia nascitur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCL. Rex purificationẽ sanctæ Mariæ Franckfurt celebrauit, indeq; Vuormatiam adijt, ubi uiduã Herimanni ducis ad se uenientem benigne suscepit. sed & filio Luidolfo Ducatum Alemaniæ cõmisit. Ibi Chuonradus filius Eberhardi comitis, qui cum quadam nepte regis se cõcubuisse sibi imposuit, à quodã Burchardo Saxone Monomachia uictus, fefellisse se patefecit. Eodem anno Bohemorum princeps Bolizlaus regi rebellat, quem Rex ualidissima manu adibat, suaq; per omnia ditioni subdebat. Rothardus Strasburgensis episcopus obijt. cui Vdo filius Vdonis comitis, in episcopatu successit. Rihgonno Vuormatiẽn. episcopus obijt, cui Anno successit. Ruodbertus archiepiscopus pro acquirẽda Abbatia sancti Maximini, multum laborauit. sed (Deo propitio) non præualuit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCLI. Rex Otto in Italiã ire uolens, multo se ad hoc iter apparatu præstruxit. quomodo Adalhaidam uiduam Lotharij regis italici, filiam Ruodolfi regis, à uinculis & custodia qua à Berengario tenebatur liberare, sibiq; eam in matrimoniũ assumere, Regnũq; cum ea simul Italicũ adquirere posset, deliberauit. Quod inter filios eius Luidolfus cum Alemanis anticipãs, patriq; siquid ibi ad ingressum suũ fortiter ageretur, placere desyderans, nihil tale quod sperauerat peregit. Sed potius incõsultum patrem offendens, totius inde rebellionis, & discordiæ seminarium sumpsit. Patruus enim eius Heinrichus dux, omnium eius honorũ, & prosperitatũ inuidus, de Bauaria per triẽnium legatos suos prẽmisit in Italiam, omniumq; quorum potuit mentes Italicorum ab eo auertit in tantum, ut nec ciuitas nec Castellum, quæ subsequenter regis pistoribus, cocisq; patuerãt, filio regis aperiretur, omniaq; ibi incommoda, & plena molestiæ patereturMox subsequẽter Rex regnum Italicũ ingreditur, Deoq; sibi assistẽte totius Italiæ possessor efficitur. Sed & domina Adalheid, Deo amabilis regina, sua ipsius prudentia à custodia est (Deo propitio) liberata, & Ottoni regi felici, deo auspicãte, copula coniuncta. Tunc Luidolfus dux hæc quæ præscripsimus ægreferẽs, incõsulto patre archiepiscopo, Friderichо comite in patriã reuertitur.

Adalheida Ottoni regi iungitur matrimonio.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCLII. Rex expulso Berengario cum suis fidelibns hyemans in Italia, Papiæ Natal. domini celebrauit. Siccq; dispositis regni negotijs, uerno tempore in patriã redijt. Ducem aũt Chuonradum ad persequẽdum Berengariũ in Italia reliquit. Luidolfus dux de Italia reuertẽs regio ambitu Natal. domini in Salefelt celebra, ubi Friderichũ archiepiscopum

copum, omnesq; qui in promptu erant regni maiores, secũ detinuit. Quod conuiuiũ iam multis suspitiosum cœpit haberi, & plus ibi destructionis quã utilitatis ferebatur tractari. Chuonrado duce, ad persequẽdum Berengariũ relicto, Berengarius eiusdem ducis consilio, sponte sua in Saxoniam ad Regem uenit, nihil tamen de his quæ uoluit obtinuit. Sed machinatione Henrichi ducis fratris uix uita & patria indulta, in Italiã rediit. unde etiã Chuonradus dux multũ offensus, à debita regis fidelitate defecit. Tũc Friderichus archiepiscopus, & Chuonradus dux amici facti sunt, nãantea inimici erant adinuicem. Eodem anno mediante Augusto mense, cõuentus Francorum, Saxonum, Bauarorũ, Alemanorũ, & Longobardorum publicus apud Augustanã urbem, Rhetiæ prouinciq; agitur. ubi præscriptus Berengarius cum filio suo Adalberto, regiæ se per omnia in uasallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia, & dono regis accepit regendam. Marca tantum Veronensẽ. & Aquileiẽsis excipit, quæ Henricho fratri regis cõmittitur. Berengarius tamen in Italiã reuertens, omnia hæc in episcopos & comites, ceterosq; Italiæ principes retorsit, omnes eos odijs, & inimicis insequẽs, inimicissimos sibi fecit.

Chuonradus dux defecit à rege.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCLIII. Rex Natal. domini Franconofurdiæ celebrauit. Indeq; Alsatiã progrediens socrui suæ Bertæ matri scilicet, Dominæ Adalheid reginæ Abbatiam Merenstein dedit. Tunc iam animositates & consilia occulte cõtra eum facta palã cœperãt apparere, & unusquisq; eorũ, quæ in corde contexerant aperire. Redeunte enim illo de Alsatia, & Ingelheym paseha celebraturo, Luidolfus filius eius, & Chuonradus dux nequã fautoribus, & maxime iuuenibus, & de Frantia, & de Saxonia, & de Bauaria sibi coadunatis, cõspirauerant. Et quascũq; poterant munitiones seu castella, futuræ seditioni muniebant. Nec enim iam clam agebatur, quo tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabant. Rex igitur Ingelheym perueniens, paucis suorum fidelium secum habitis, non tute inter medios hostes pascha celebrandum ratus, Maguntiam inde secessit. ubi aliter quàm regem decebat, diutius ante portas expectãs, Friderichо archiepiscopo iam cum illis cõspirante, uix urbis ingressum obtinuit.

Coniuratio filij & epi Moguntinen. in Ottonem regem.

Tunc Luidolfus & Chuonradus ibi facta ad eum humilitate, ut post claruit ueniẽtes, nihil taliũ se in eius contrarietate egisse dicebant. Sed si Henrichus frater eius in pascha Ingelheym ueniret, illum se comprehensuros non negabant. quod Rex tranquille ac modeste suscipiens, nauigio Coloniã attigit, indeq; progrediens Droomanni uico pascha celebrauit. Post pascha coadunata fidelium suorum multitudine, Coloniam iterum rediit, ibiq; Mettensem episcopum, in quo maxima spes & fiducia Luidolfo & Chuonrado esse uidebatur, omnesq; Lotharienses, exceptis paucis, quibus prædæ & rapinæ cordi erãt, obuios habuit, & ab amicis suis deficientes, benigna ad seuenientes suscepit charitate, & in sua fidelitate firmos & stabiles coadunauit. Quibus dispositis, in Saxoniam reuertitur, ubi firmatis nichilominus, & stabilitis suis rebus, iterũ in Fanciam hostili manu reuertitur. Quo audito Friderichus archiepiscopus Maguntia secessit, & ciuitatẽ Brisacum (castellum latibulum

Brisacum serecepit epũs Maguntí.

Maguntia Metropolis Franciæ & Regia ciuitas.

tibulum semper Deo regiq; rebellantium) intrauit, totāq; ibi penè æstatem rei euentum expectaturus, permansit. Tūc Rex audiēs, Maguntiam Metropolim Frāciæ, regia mq; ciuitatem inimicis suis deditam, qua potuit uelocitate eam adijt. Collectaq; suorum fideliū multitudine tam Francorum quàm Saxonum, & Lotharieñ. firma eam obsidione circundedit. Sed & frater eius Henrichus de Bauaria regi auxiliū collaturus aduenit, licet sibi plus incommodi, quā utilitatis conquisierit. Nam interim Luidolfus Bauaros machinatione Arnoldi fratris, Iudithe uxoris eius ab eo auertit, & Ratisbonā intromissus, omnes eius ibi thesauros diripuit, suisq; rapiēdos distribuit. Quæ eius incomoda Rex suis præponens, Maguntiam obsidione absoluit, & in Bauariam iter dirigens, Ratisbonā obsedit, in qua obsidione penè usq; Natale Domini permansit. Eodem anno Vuigfridus Colonienſis ecclesiæ Archiepiscopus obijt. cui Bruñ frater regis succedens, tocius Lotharienſis regni Ducatū, & regnum cum episcopatu susćepit. Luitgarda filia regis obijt.

Magūtiam obsidet Otto.

Anno dominicæ incarnationis. D CCCCLIIII. Rex omissa obsidione in Saxonia Natal. Domini celebrauit, iterumq; appropinquante quadragesima in Bauariā remeauit. Ibi Heroldus archiepiscopus à fratre regis cęcatus, Deo propitio, uiribus imminutis inimicorū, in breui tota Bauariæ uirtus ad eum & Alemaniæ in tantum cōuertitur, ut & Ratisbona ciuitas regi redderetur, ipsiq; rebellatores, nihil se contra eum uelle, uel posse profiterentur. Friderichus etiam sacramēto se expurgaturus, nihil contra regiam se fidelitatē egisse accessit. sed Rex omni pietate plenus, eum sacramento absoluit. In eodem anno Chuonradus Dux cum Lotharienſibus duce Bruñ archiepiscopo, in Belenſi pago, apud uillam Rimilinga congressurus erat. Sed in ultimo, quia contra regem erat (Deo uolente) ne fieret, remanebat. Hungari ducentibus inimicis regis in quadragesima, Rheno transito, peruadētes Galliam inaudita mala in ecclesias dei fecerunt, & per Italiam redierunt. Friderichus archiepiscopus obijt, uir in sancta religione strenuus, & ualde laudabilis, nisi in hoc tantum uidebatur reprehensibilis, quod sic ubi uel unus regis inimicus emersit, ipse se statī secūdū apposuit. Cui successit regis filius Vuilhelmus, à pplo & clero in Arnestat cōcorditer electus. Ea tēpestate Luidolfus sī gratiā regis reuocatus, Vasallos quos habuit, et ducatū patri reddidit. cui Burchardus in ducatu successit. Chuonradus etiā omniū quas habuit diuitiarum nudus, omisso Ducatu, in gratiam regis intromittitur, uita & patria, & prædio contentus. Luidolfo filius Otto nascitur.

Hungarorū sæuitia in Galliam.

Moguntinus epūs regi semper infestus.

Conjurati in gratiam redeunt.

Anno dominicæ incarnationis D C C C C L V. Hungari cum tam ingēti multitudine exeuntes, ut non nisi terra eos dehiscęret, uel cœlum eos obrueret, ab aliquo se uinci posse dicerēt. Chuonradus quondam Dux ibi occiditur, & ab exercitu Regis apud Lichum fluuiū tanta cæde (Deo præstante) prostrati sūt, ut nunq; ante apud nostrates uictoria talis audirēt aut fieret. Rex inde reuertens, in Sclauos hostem dirigit, ubi simili potitus uictoria, uasta illos cæde prosternit. Vuigmannus expellitur. Henrichus frater regis desperatis rebus recuperatis, recepto Bauariæ ducatu obijt. Cuius filio Henrícho, Pius rex ducatum & Marcam dedit. Otto filius regi nascitur.

Anno

Anno dominicæ incarnationis D C C C C L V I. Rex in pace & ocio degēs, maximo suorum fidelium conuentu, Coloniæ placitū regale habuit. Ea tempestate, grauis per omnes regni partes pestilentia grassabatur, quæ innumerā populi multitudinē passim extinxit. ex qua Rotbertus archiepiscopus Treuerēsis, & Hadamarus abbas Fuldenſis obierunt. Quibus Heinrichus īepiscopatu, & Hatto in abbatia successerunt. Eodem anno Luidolphus in Italiā ad deprimendam Berengarij tyrānidem dirigit̄, et in breui expulso Berengario, totius penè Italiæ possessor efficitur. Abbatia sācti Nazarij in Laureshem electione restituitur.

Pestilentia magna.

Anno dominicæ incarnationis D C C C C L V I I. Rex iterum Sclauos inuasit. Luidolphus in Italia obijt, cuius corpus inde translatum, à uenerabili archiepiscopo Vuillhelmo fratre eius, Moguntiæ apud sanctum Albanum honorifice sepultum est. Vuillerus Treuerenſis abbas obijt, cui Vuikerus successit. Ea tēpestate rex clementissimus Abbatiam sancti Petri in Vuirtzeburg multis retro temporibus, sub antecessoribus suis electionis, & priuilegij dono priuatam, studio sanctæ religionis dignitati pristinæ restituit. & uirum uenerabilem Gelionem eidem cœnobio abbatem præfecit.

Ludolphus Ottōis filius Mogūtiæ ad sāctum Albanū sepelitur.

Abbatia ī Vuirtzburg restauratur.

Anno dominicæ incarnationis D C C C C L V I I I. Rex pascha celebrauit Ingelheim, unde nauigio Coloniam placitum ibi acturus uenit. Eodem āno factione Brun archiepiscopi, Reginerus comes comprehenditur, & in Sclauos exul mittitur. Friderichus consensu Heroldi Ingelheim in præsentia regis, in octauis paschæ, habita ibi XVI. episcoporum Synodo, Vienen. ecclesiæ archiepiscopus ordinatur. Alenuicus Augienſis cœnobij abbas obijt. cui Ekkihardus successit. Cralo abbas cœnobij sancti Galli obijt, cui Burchardus successit.

Anno dominicæ incarnationis D C C C C L V I I I I. Rex iterum Sclauos īuasit, ubi Thietmarus occiditur. Legati Helenæ regīne Rugorum, quæ sub Romano Imperatore Constantinopolitano, Constantinopoli baptisata est. ficte, ut post claruit. Ad regem uenientes episcopum & presbyteros eidem genti petebant. Eodem anno Hagatio Hereſſeldenſis abbas, Paralisi percutitur.

Anno dominicæ incarnationis. D C C C C L X. Rex natal. domini Franckonofurd celebrauit, ubi Libutius ex Cœnobitis sācti Albani, à uenerabili episcopo Adaldago, genti Rugorum episcopus ordinatur. Guntherus rogatu Haganonis abbas constituitur. Eodem anno rex iterum pergit in Sclauos, Legati q̄que ab apostolica sede ueniunt. Ioannes diaconus, & Azo Scriniarius uocantes regem ad defendēdum Italiam, & Romanam rempublicam à Tyrāni de Berengarij. Vualtbertus etiam archiepiscopus Mediolanēsis, & Vualdo Cūmanus episcopus, & Opertus Marchio Berengarium fugiētes, in Saxonia regem adeunt. Sed & reliqui penè omnes Italiæ comites & episcopi, literis eum aut legatis, ut ad se liberandos ueniat, expoſcunt. Geilo Vuirtzburgeñ. abbas obijt, cui Gerrichus successit.

Berengarius fæuit in Italiam.

Anno d. incar. D C C C C L I. Rex Natal. dñi Ratisbona celebrauit, ubi Poppo Vuirtzburgeñ. archiep̄s regi percharus XIII. kal's. Martij, diem clausit extremū, cui proximus suus Poppo ī ep̄atu successit. Libutius priori āno q̄busdā dilationibus ab itinere suspensus, XV. kal's. Martij, anni præsentis obijt. cui

Adalbertus ex Cœnobitis ſancti Maximini, machinatione & conſilio Vuil helmi archiepiſcopi, licet meliora in eum confiſus fuerit, & nihil unquam i eum deliquerit, peregre mittendus in ordinatione ſucceſſit. Quem pijſſimus rex ſolita ſibi miſericordia, omnibus quibus indigebat copijs inſtructũ genti Rugorũ honorifice deſtinauit. Rex in Italiam ire diſponens, maximã ſuorum fidelium multitudinẽ Vuormatiæ coadunauit, ubi conſẽſu & unanimitate regni procerum, totiuſque populi, filius eius Otto rex eligitur. Inde que progrediens cõuenientia quoque, & electione omnium Lotharienſiũ, Aquis rex ordinatur. Ordinato uero filio, pater in Saxoniam rediens, diſpoſitis regni negocijs, filium Vuillhelmo archiepiſcopo tuendũ, & nutriendũ cõmiſit. Sicq; per Bauariam, & Terrẽtũ in Italiam ſe admiſit, ubi omnes pene Italiæ comites & epos obuios habuit, & ut decuit, ab eis honorifice ſuſceptus, poteſtatiue, & abſq; ulla reſiſtentia Papiã intrauit, & palatium à Berengario deſtructum reædificare præcepit. Berengarius uero & Vuilla, filijque eorum quibus poterant munitiõibus a, aut Caſtellis includebantur, & nuſq; forinſecus cõtra regem quid audientes, progrediebantur. Eodẽ anno Gotefridus Spirẽſis epus obijt, cui Otgerus ſucceſſit. Eclypſis ſolis XVI. kal. Iunij. Rex Hattonem Fuldenſem abbatem ad conſtruenda ſibi habitacula Romam præmiſit.

Anno dominicæ incarnatiõis DCCCCLXII. Rex natal. domini celebrauit. indeque progrediens Romæ fauorabiliter ſuſceptus, ac clamatione totius Romani populi & cleri, ab apoſtolico Ioãne filio Alberici, Imperator & Auguſtus uocatur, & ordiatur. Papa quoque multa illum ſecum caritate detinuit, & diebus uitæ ſuæ nunquã ſe ab eo defecturum promiſit, Quæ tamen promiſſio longe diſſimilẽ quàm pretendebatur effectũ obtinuit. Impatore Auguſto ab urbe redeũte, & Papiæ paſcha celebrante, Berẽgarius in quodã monte qui dicitur ad ſanctũ Leonẽ, plurimis undique ſecum copijs attractis ſe muniuit, & Vuilla in lacu maiori, in quadã inſula quæ dicitur ad ſanctũ Iulium ſe incluſit. Filij uero eius Adalbertus, & Guido huc illucque incerti uagabantur. quaſdã tamẽ munitiones cum ſuis ſequacibus adhuc poſſidebãt. Hoc ẽ Grad caſtellũ, & Traualium, & inſulã in lacu Cumano. Tũc Vuilla iprimis hoſtiliter adijt, & adempto oĩ de lacu exitu, cottidianis fũdibulario rum, & ſagittarioꝝ, aliorumq; belli inſtrumentoꝝ impugnationibus fatigatur, & nõ plenis duobus mẽſibus obſeſſa capitur, & ad ultimũ clemẽtia Imperatoris dimiſſ. quo uellet ire pmittitur. Qui quãta potuit uelocitate Berengariũ adijt, & ne ſe Imperatori dederet, oĩbus modis perſuaſit. Eodẽ anno Adalbertus Rugis ordinatus epiſcopus, nihil in his, propter quæ miſſus fuerat proficere ualens, & inaniter ſe fatigatum uidens, reuertitur. & quibuſdam ex ſuis in redeundo occiſis, ipſe cũ magno labore uix euaſit, & ad regẽ ueniẽs, caritatiue ſuſcipitur, & à Deo amabili Vuillhelmo archiepo, pro retributione tãincõmodę ab eo ſibi machinatæ pegrinatiõis, bonis oĩbus, & cõmodis quaſi frater ãplectitur, & ſuſtẽtatur. Reginbertus dei ſeruus obijt. miſſis etiã pro eo ad Imperatorẽ litteris, reditũ ipſius in palacio operiri iubetur. Eodem anno Adalbero uenerabilis uir Metteñ epus obijt.

Berẽgarius contra Ottonem.

Anno dñicæ incarnatiõis DCCCLXIII. Rex iterum Papiæ Natal. domini & paſcha

paſcha celebrauit. Interim Adalbertus huc illucq; diſcurrens, quoſcũq; poterat ſibi undique adtraxit, ſed & Corſicam, ibi ſe tueri nitens intrauit. Romanum etiam pontificem multipliciter in ſuum adiutorium ſollicitauit. Dum hæc igitur aguntur, Impator à Papia mouẽs iter, Berengariũ in monte ſancti Leonis obſedit, totamq; ibi æſtatem ſedens, ſæpe montem undique circũdedit, & ne aliquatenus pateret exitus, uel introitus prohibuit. Interim Ioãnes papa pmiſſiones Imperatori factas, obliuioni tradẽs abeo deficit, & Berengarij ſeu Adalberti partibus fauens, Adalbertũ Romam intromittit. Quas doloſitatis eius fraudes Imperator audiens, relicta circa montem obſidione Romam uerſus cum hoſte pergit, Cuius ipſi metuentes aduentũ, plurimum theſaurum ſancti Petri rapientes, fugæ ſubſidia petunt. Tunc Roma in plura diuiſa, partim Imperatori fauentes, multi enim à prædicto papa iniurijs ſe opprimi conquerebantur, partim apoſtolico blandientes, licet diuerſa ſentirent, Impatorẽ tamen cum honore debito urbem intromittũt, ſeq; per oĩa datis obſidibus, illius ditioni ſubiungunt. Imperator uero plurimorũ Eporum collecta multitudine Synodũ coadunauit, & conſilio eorũ miſſa legatione, canonica auctoritate, profugũ apoſtolicum ad ſedẽ pontificalẽ & apoſtolicã reuocauit. Illo tamẽ hoc oĩbus modis renuente, plebs Romana Leonẽ proſcriniariũ, uirum ſtrenuũ, & induſtrium cõmuni conſenſu in locum eius elegit, & ordinauit. cui Synodo ĩterfuerũt oẽs prope Romanæ & Italiæ epiſcopi. Angelfredus etiam Aquileiẽſis patriarcha, q; tunc tẽporis etiam ibidem obijt. ſed & de noſtratibus interfuerũt, Adaldagus & Heinrichus archiepiſcopi. Landtuuardus, & Otgerus epiſcopi. Poſtea Ioannes qui & Octauianus, uidens ſe eſſe depoſitum, ſera pœnitentia ductus, Adalberto diſiungitur. Adalbertus uero in Corſicam reuertitur. Eodem ãno Gard caſtelum in Italia capitur, apud nos quoq; Sclaui qui dicuntur Lunſinzani ſubdũtur.

Pontificis perfidia in Impera. Ottonẽ

Luſacij alĩs.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCLXIIII. Imperator Romæ Natal. domini celebrauit. Berengarius cum ſuis in montem ſancti Leonis obſeſſus uicitur, & idipſum caſtellum Imperatoris ditioni ſubditur, & Berengarius cum Vuilla in Bauariam mittitur. Romani iterum ab Imperatore ſolito more deficientes, pluribus alijs caſtellanis, ſibi per coniurationem extrinſecus adiunctis, eũ occidere nitebantur. ſed inſidijs eorũ patefactis, eodem die quo eum extinguere moliebantur, Necem ſibi paratam anticipans, III. noñ. Ianuarij cum pauciſſimis ſuorum eos inuaſit, & non modicam illorum multitudinem intra muros urbis proſtrauit. Die uero ſequenti, Romam iterum uenientes, centum obſides dederunt, & ſupra corpus ſancti Petri ſub iureiurando fidelitatem Imperatori, & papæ promiſerunt. Tunc Imperator plena adhuc hebdomada apud illos manẽs, Spolatinum ducatum, & Camerinũ ordinaturus exiuit, & ad preces papę Leonis, obſides Romanis remiſit. quibus ipſi beneficijs ingrati, non longe illo ab urbe poſito, Ioannem qui & Octauianus, urbi intromittunt, & fidem Imperatori, & papæ promiſſam adnihilare non metuunt. Leo uero papa uix cum paucis facultatum oĩum nudus euaſit, & Imperatorem in Camerino ducatu poſitum adijt, ibique paſcha celebrauit. Ioannes autem qui & Octauianus, Ioannem Diaconum

Berengarius capit.

In perfidos Romanos mouet Otto.

Ioannes profugus, pontificatum iterũ occupat.

Ab epo Romano.

conum, & Azonem scriniarium crudeliter detruncauit. & Otgerum Spirensem episcopum compræhensum & flagellatum, aliquandiu licet icommode, secum detinuit. Sed postea statim eum spe impetrãdę ab Imperatore ueniæ remisit. quæ spes diuina eũ ordinatione fefellit. Nã II. idus Maij rebus humanis excessit. Tunc Romani non modice metuentes Imperatoris aduentum, Benedictum quendam Romanæ ecclesiæ diaconum, fidei & electionis Domini Leonis immemores eligunt, & ordinatũ sedi apostolicæ imponunt. Quo audito Imperator collecta undicq; secus fidelium suorũ multitudine, Romam adijt, & firma eam omni parte obsidione, nequis pateret exitus, muniuit. Sed prædictus Benedictus falso nomine Apostolicus, diutius ut Imperatori resisterẽt, Romanos animauit, ipsecq; Imperatori suisq; fidelibus excommunicationẽ cõminans, muros urbis ascendit, & elatiori se fastu quàm apostolicum decuerat ostendit. Ad ultimum Romani, fame & obsidione constricti, se errasse, contraq; Imperatorem iniuste deliquisse, pœnitentes in uigilia præcursoris, ideſt IX. Kaleñ. Iulij portas urbis appe riunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromisso, Benedictum sacrilegum, & periurum Imperatorię ditioni reddunt, & dominum Leonem in sedem apostolicam restituunt. Tunc Leo apostolicus coadunata multorum episcoporum synodo, eũdem Benedictum Romanæ sedis inuasorem iudicio omnium abinuaso gradu deposuit, & pontificale pallium, quod sibi imposuerat abscindit, ferulamq; pastoralem manu eius arreptam, coram omnibus in frusta confregit, & ad preces Imperatoris diaconatus ei tantum gradu uti concessit. Celebrata uero beati Ioannis Natiuitate, & sanctorum apostolorum festiuitate, Imperator ab urbe Romana reuertitur, & infeliciore quàm sperauerat omine, in redeundo fruitur. Nam tanta exercitũ eius pestis & mortalitas inuasit, ut uix uel sanus quis à mane usq; ad uesperam, uel à uespera usq; mane se uicturũ sperauerit. Ex qua pestilentia obierũt, Henrichus archiepiscopus Treuereñ. & Gerricus abbas Vuirtzeburgeñ. & Godefridus dux Lotharienſis, aliorumq; innumera multitudo, tam nobilium quàm ignobilium. Tandem miseratione diuina pestilentia cessante, Imperator in Liguriam peruenit, ibicq; autũnali tempore, pace & ocio uacãs, se uenatiõibus exercitauit. Eodẽ ãno Duodo pallatij capellanus, ab Adalberto comprehenditur, & flagellis cæsis in Corsicam deducitur, sed nõ longo post tempore dimittitur. Ea tempestate Vualdo Cumanus episcopus insulam in Cumano lacu cœpit, & munitiones in ea à solo destruxit. qd Vdoni Comiti nũciũ maloꝝ fuit. Nam Hattonem eiusdẽ insulæ tutorem in suã fidem suscepit, & destructa insula non, ut optauerat, eum Imperatori reconciliare potuit. quod indigne ferens, totum in Vualdonem episcopum detorsit, & inimicus in eum si posset ulcisci disposuit. Erkanbertus in locũ fratris sui Gerrici Vuirtzburgeñ cœnobij Abbas constituitur.

Otto impe. Romã obsidet contra Benedictum epm.

Leo uerum in pontificatum admittitur extruso Benedicto.

Pestis maxima in Ottonis exercitum.

Cumani lacus munitiones solo æquãtur.

Anno dominicæ incarnatio. DCCCCLXV. Imperator Papiæ Natal. domini celebrauit, & peracta festiuitate statim in patriam, dispositis in Italia regni negotijs, commeauit, cui filij sui Otto & Vuilhelmus archieps in confinio Franciæ

Franciæ & alemanię, in uilla Heimbodesheym occurrerunt, & cum magna ibi eũ alacritate susceperũt. Inde Vuormatiã progressus, fratrem suum Bruñ archiepiscopum, in purificatione sanctissimæ mariæ uirginis sibi obuiam habuit, sicq; tota quadragesima in Francia commorans, in Ingelheym pascha cum magno gaudio celebrauit. Inde nauigio Coloniam attingens, matrem suã Dominam Mathildam, & sororẽ suam Gerbirgam reginam, filiumq; eius regem Lotharium sibi obuios, condigno ibi amore & honore tractauit. Sicq; in Saxoniam iterum direxit. Benedictum etiam illum depositum ab urbe Romana secum in Franciam aduexit, quem Adaldago Archiepiscopo custodiendum commisit. Duas quoq; filias Berengarij in pallatio cum Domina Imperatrice decenti sibi honore detinuit.

Ingelheym prope Maguntiã in Francia. ut sæpe alias posita.

Eodem anno quidam ex Langobardis more solito, ab Imperatore deficiunt, & Adalbertum in Italiam reducũt. Tunc Imperator Burchardũ ducem Alemanorum in Italiam misit, cui ad congrediendum ei ubicunq; inueniretur, cum Langobardis Imperatoris fidelibus, & Alemanis uisum, per Padũ nauigauit, & illis ubi eũ audierãt esse partibus, nauim applicuit. In quos in prima fluminis egressione Adalbertus insiluit, ubi & frater eius Guido cũ alijs quàm pluribus occubuit. Ipse uero Adalbertus uix fuga euasit, & montana quædam ubi Imperatorem lateret intrauit. Hac igitur Dux lœtus uictoria in patriam repedauit, & quæ sibi acciderant Imperatori significauit. Interim Guido Mettensis episcopus uulpina calliditate Imperatori simulans fidelem, ipsiq; infideles se proditurum iactitans, legatione Adalberti fungẽs in Saxonia Imperatorem aggreditur. Nec tamen uisu, aut allocutione ipsius participatur, sed cum dedecore redire permissus, infra Alpes ultra curiã compræhenditur, & in Saxoniam remissus, in Sclauis custodiæ mãcipatur. Vdo Strazburgensis episcopus obijt, cui Erkanboldus successit.

Eodem etiã anno dominus Leo papa obijt, tunc legati Romanorum Azo uidelicet protoscriniarius, & Marinus Sutrienſis ecclesiæ epꝰ, Imperatorẽ pro instituendo quẽ uellet, Romano pontifice, in Saxoniã adeũtes, honorifice suscipiunt, & remittũtur. Et Otgerus Spirensis epꝰ, & Linzo Cremoneñ. epꝰ, cũ eisdẽ Romã ab Imperatore diriguntur. tunc ab omni plebe Romana, Ioannes Narniensis ecclesiæ episcopus eligitur, sedicq; apostolicæ pontifex intronisatur. Qui statim maiores Romanorum elatiore animo quàm oporteret, insequitur. quo in breui inimicissimos, & infestos patitur. Nam ab urbis præfecto, & quodam Rotfredo cõprehenditur, & urbe expulsus in Campania custodiæ mancipat. Hoc demũ anno Impatore ab Italia redeũte, Henricho archiepiscopo Treuerensi, Thiedericus eiusdem ecclesiæ diaconus, & Adalberoni Mettẽsi episcopo Thiedericus cõsobrinus Impatoris successores instituunt. Bruñ quoq; archiepiscopus germanus Imperatoris, uir ducatu pariter & episcopatu dignissimus, V. idus octob. obijt. cui Foltmarus in episcopatu successit. Eodem anno Gero Marchionum nostri temporis optimus, & præcipuus obijt. Lotharius rex Dominam Henimam sibi cõiugio copulauit.

Leo papa moritur.

Bruno archiepꝰ Colonieñ. moritur.

Anno domini incarnati. DCCCCLXVI. Impator Coloniæ Natal. domini

celebrauit, cunctaq; ibi Lotharienſis regni negocia, prout ſibi uidebatur diſpoſuit. Erkanbertus Vuirtzburgen. cœnobij Abbas obijt, & Imperator electione monachorum Adalbertum Rugis ordinatum epiſcopū, eidem monaſterio præfecit. Starkandus Rubilocenſis eccleſiæ epiſcopus obijt, cui Reginoldus ſucceſſit in epiſcopatu. Vdo comes coniurationem cum Adalberto Berengarij filio habens, & in Italiam ad excæcandum Vualdonem Cumanū epiſcopum, ire diſponens, Imperatoriæ maieſtatis reus eſſe cōuincitur, & ſacramento ne aliquatenus ullas partes regni præſumat ingredi, regno expellitur. Vuikerus Treuereñ cœnobij Abbas obijt. cui Aſolfus in Abbatia ſucceſſit. Imperator iterum in Italiam ire diſponens, Aſſumptionē ſanctiſſimæ Mariæ uirginis Vuormatiæ celebrauit, ibiq; habito cum omnibus regni maioribus concilio, inde per Alſatiam & Curiam alpes tranſcendēs, Italiam intrauit, & Sigolfum Placentinum epiſcopum, quoſdamq; ex comitibus Italicis, propter Adalbertum priori anno à ſe deficiētes, in transAlpinas partes Franciæ, uel Saxoniæ cuſtodiendos direxit. Tunc Romani Imperatoris metuentes aduentū, Rotfredo iam mortuo, à cuſtodia qua tenebatur, Ioannem apoſtolicum abſoluunt, & ueniam pro malis quæ ei ingeſſerant poſcentes, in locum & ſedem ſuam illum reſtituunt. Eodem anno comes Eberhardus obijt. Eodem anno Berengarius quondam Italiæ rex exul moritur, & in Babenberg regio more ſepelitur. Cuius uidua Vuilla antequā ſepeliretur, Velum ſibi ſanctimoniale aſſumpſit. Vdo comes, ſacramēti oblitus Franciam ingreditur, unde iterum abſq; omni utilitate reuertitur.

Vdo comes ex regno pellitur.

Anno dominicæ incarnationis DCCCCLXVII. Imperator Romæ Natal. domini celebrauit, & excepto præfecto urbis qui aufugerat. XIII. ex maioribus Romanorum, qui authores expulſionis domini Ioannis papæ uidebantur, ſuſpendio interire iuſſit. Inde progrediens per Spoletum Rauennam adijt, ibiq; paſcha celebrans cum domino Ioanne papa, plurimos ibi ex Italia & Romania Epiſcopos coadunauit. & habita ſynodo, multa ad utilitatē ſanctę eccleſię adinuenit, & apoſtolico Ioanni urbem & terram Rauennatium, aliaque complura multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit, eumq; inde Romam cum magna lætitia remiſit, ipſe uero in partes Thuſciæ ſeceſſit. Interim papa Ioannes, & Imperator regi Ottoni literas inuitatorias miſerunt, & ut cum ipſis ad Natal. domini Romæ celbrandum feſtinarent, iuſſerunt. Tunc rex pro diſponendis regni negocijs ante ſuum in Italiam iter Vuormatiam uenit, ibique in primo ſuo placito, Deo propitio, plurima futuræ prudentiæ ſimul et clementiæ indicia præmonſtrauit. Sicq; Natiuitate præcurſoris, & apoſtolorū feſtiuitate Franconofurd celebrata. iter ſuum acceleraturus in Saxoniam remeauit.

Ea tempeſtate Aſulfus Treuerenſis Abbas præſenti uitæ ſutrahitur. Cui Thietfridus ſucceſſor eligitur. Tunc etiam Dominus archiepiſcopus Vuilhelmus aliquantula infirmitate detentus, in breui (Deo miſerante) conualuit. Domino Imperatore in Italia commorante, legati Nichophori, Græcorū Imperatoris Rauennæ ad eū uenerūt, honorifica ſecum munera ferentes, & pacē ab eo, uel amicitiā poſcētes, qbus honorabiliter ſuſceptis, decēterq; remiſſis

remiſſis, Dominus Imperator nuncium ſuum eidem Græcorum Imperatori, pro coniungenda in matrimonium ſuo filio regi Ottoni priuigna ipſius Nichophori, filia ſcilicet Romani Imperatoris, Conſtantinopolim dirigit. qiterū eodem anno ante Natal. domini, ad Imperatorem reuertitur. Eodem anno intrante, Septembri menſe Otto rex Romam iturus, decenti ſe comitatu egreſſus, memoriam ſancti Michaelis in Auguſta ciuitate celebrauit.

CHRONICORVM SIVE ANNALIVM REGINONIS PRVMIENSIS COENOBII ABBATIS A CHRISTI NATIVITATE VSQVE AD OTTONEM SECVNDVM FINIS.

MOGVNTIAE IN AEDIBVS IOANNIS SCHOEFFER MENSE AVGVSTO. ANNO M.D.XXI.

Placuit D. Sebastiano de Rotenhan, qui Reginonem nostrum quasi postliminio reuersum è pulueribus subleuauit, tum eius effigiem, tum familiæ progenitorum suorum insignia subtexere.

Nunquam Stygias fertur ad undas:
Inclyta uirtus.

SEBASTIANVS DE ROTENHAN, FRANCVS, GERmanicus, Iureconsultus, & eques auratus, Vuolfgãgo Fabritio Capitoni sacræ paginæ professori. S.D.

NE AVTORIS HVIVS CONDITIO LECTOREM auidum prorsus lateat Eruditissime simul, atque amicissime Capito, me duxi operæprecium facturum, si de eius inculpata uita, laudabilique instituto perfunctorie, & uelut in transitu meminero. Fuit autem Regino noster Prumiensis monachus, qui in Afflie cœnobio mira pectoris syncerita te, & innocenti simplicitate floruit. Primum sub Ludouico tertio, hinc etiam sub Arnolpho Imperatoribus. Agebat autem longo tempore ex præscripto, & maiorum imperio, & ut dicitur sub obedientia tantisper, donec fratrum assensu in Abban delectus patris atque gubernatoris titulum susciperet. Quo munere aliquandiu cum laude functus, citra ullius mali suspicionem, perfidiam tamen, eximiæ uirtuti suæ comitem, coactus est pati, ac perferre. uel quod natura sic sit comparatum, humanæ felicitatis instabilitatẽ maxime tum falli, ubi maximam præ se fert firmitudinem, uel quod fortunæ fauor, ex dolio (ut aiunt Iouis) nemini asperius attẽperatur, quàm illi, qui summa meruerit. ὥσ ἐντυχήματα μὲν τοῖς πονηροῖς καὶ κακοήθεσιν ἐπῳδὴ γίνεσθαι.

Adeo enĩ fortuna sæuum amat ludere pertinax, quemadmodum in Reginone nostro uidere est, quir erat spectatæ probitatis, nemini iniurius, nemini molestus, Richarium tamen quendam iniquiorem pertulit, cuius tandem technis, circũscriptionibus, & insidijs â dignitatis gradu deturbatur haud citra ignominiæ notã, ceu perperam cœnobio præfuisset. Superis, opinor, ita fieri ad publicam utilitatem permittentibus, quo excellens illud ingeniũ à patrissamilias curis expeditum, in arcana & secretiores philosophiæ recessus totum se possit insinuare. sicut usu uenisse licet agnoscere, Nam ille, ceu sibi redditus, uarijs omnino literis incubuit, maxime autem rerum gestarum lectioni, quarum cognitio componere nos ad ciuilitatem ipsi uidebatur. Etiã si huius ætatis nonnulli religiosorum, nescio quo zelo, & ut dicunt conscientia adducti (quæ autem cõmentitia crebro, aut uana mihi uidetur) nihil plane attingunt, quod exiguã priscæ integritatis indolem oleat, repræsentet, effigat. Homines nimirum cauti, ac perspicacissimi temporis obseruatores. Si quidem nobis perijsse iudicant quicquid impensum sit studijs humanioribus, quasi ἀνεμώλια forent, quæcũq; ueterum memorijs ad excolẽdos mores efferuntur. & quasi serio laudata sint, quæ illi perplexa, & minus firma commentaria domi suæ non dico parturiunt, sed abortiũt, iacturamq; temporis ipsi non faciant, pingui ocio plerũque defluentes, quorũ haud modica pars ignauia corrumpitur, ac uoluptatum illecebris euirata redditur. Contra γὼ sedulitas, & industria fraudem quasi faciat, & telam absoluat inæqualiter. O præpostera pietas. o Hypocrisis mordacissima. Atqui nostro Reginoni alia ratio, aliud iudicium fuit, qui non solum monimenta ueterum perlustrauit, sed ea literis quoque, ut illa ætate, politioribus aliam in formulam traducere sategit. His temporibus etiã, quibus singulæ Metropoles separatis legibus, & Romanis pontificalibus haud prorsus quadrantibus dirigebantur, eccle siastica Germaniæ decreta non minus docte, quàm laboriose congessit. quorum exemplar Treuerensium Archipresuli dicatum, nostri æui spatio apud Moguntiacos, Vangionesque conspicitur. Neque is unicus fuit Germanis huius instituti monachus, alijs apud primogenitores nostros pari affectione laborãtibus. Helmoldus porro Vuagirensis alias Holsatius de Teutonicis, Sclauis, Hermannus Veringensis comes, nec non Bruno, utrique Augienses, Rupertus als Robertus (tametsi de Gallis ille plura) Vuidekinus Corbiẽsis de Saxonibus, Gregorius de omni tempore, & Hermannus de floribus temporũ, omnes monasterijs addicti, Germanorum res gestas certatim posteritati tradidere. Quorum fœtura nostrorum temporum inertiæ neutiquã conferenda, si hæc placuisse sentero, mea opera in lucem fortassis prodibit. Vnum tamen uellem Reginoni nostro lectorem ignoscere. Nam tractũ Cisrhenẽsem quãquàm ãte plurima huius ætatis secula Galliæ Belgicæ nomẽ, ubi modo Germani agunt, abiecisse constat, uelut alibi plenius sũ deducturus, cohibere tamẽ calamum non potuit, quin littorales memorati amnis munitiones quandoq; Gallijs ascriberet. Sed is eius error æquiori animo nostratibus est ferẽdus, qñ cuique concessum, puincias aut priscis mediocximis, aut modernioribus denique notis repræsentare, modo salua temporum discretione, citra cuiusque præiudicium, citra contentionem id molíatur. Vale mi Capito, ac elucubrationibus tuis, tã græcis, quàm latinis, quibus reipublicæ usui esse poteris, ardẽtius insiste. Datum Mogũtiaco. in aulica & exercitatoria utriusq; nostrũ palæstra. Id. Iul. Anno salutis M. D. XXI.